6. 4.

ACTUS PROMULGATIONIS PRIVILEGIORUM UNIVERSITATIS ALTDORFINAE NOR.

INDULGENTISSIME CONFIRMATORUM ET AMPLIFICATORUM,

FESTO SOLLENNI PETRO-PAULINO III. KAL. JULII cIↄ Iↄc XCVII CELEBRATUS.

Accessit

RENUNCIATIO DOCTORUM THEOLOGIAE PRIMA,

cum

PROGRAMMATUM ET ACTIONUM GRATIARUM AUCTARIO.



ALTDORFII,
Literis HENRICI MEYERI, Acad. Typographi.
A. O. R. cIↄ Iↄc IIC.

LECTORI BENEVOLO S. P.



Agna Beneficia, bonoq; publico conducentia, non privatim tantùm grato animo agnoscenda, sed & apud alios publice commemoranda & prædicanda esse, monent morum Doctores; eumq;, hoc qui omittat, Ingratum appellare nulli dubitant. Ita Seneca scribit: Qvidam furtive agunt gratias, & in angulo, & ad aurem. Non est ista verecundia, sed inficiandi animus. Ingratus est, qvi, remotis arbitris, agit gratias. Idem faciunt, qvi dant operam, ut beneficium in ipsos collatum qvam ignotissimum sit. Verentur palam ferre, ut sua potius virtute, qvam alieno adjutorio consecuti videantur. *Haud igitur male interpretaberis, Lector Benevole, hanc Inclyti ac Prudentissimi* SENATVS S. R. I. *Liberæ Reip. Norimb. pietatem, qvando singulari hoc eoq; publico monumento extollere ac celebrare studet ingens ac immortale beneficium, qvo non ita pridem Academiam Ipsius Altdorfinam insigniter ornavit*

Lib. II. de Benef. c. 23.

A LEO-

LEOPOLDVS MAGNVS, *Cæsar Augustissimus, Invictissimus, omniumq; gentium & seculorum laude ac memoria dignissimus. Hic enim non solùm Immunitates & Privilegia illustri huic Athenæo à Divis* RVDOLPHO II & FERDINANDO II *Impp. hoc & superiore seculo indulgentissime concessa servavit, confirmavit, docentes ibidem & discentes in paternam augustamq; tutelam suam denuo qvam clementissime recepit; sed & Academiam hanc omnibus in universo Imperio Romano principalibus & illustribus Lyceis adæqvavit, munera muneribus auxit, & qvod parciùs dederunt gloriosissimæ memoriæ Antecessores sui, sua ex indulgentia plenissime cumulatissimeq; adstruxit. Eqvidem imagines auro argentoq; ductas, ære perenni fusas, metalloq; ætatem passuro excoctas statuas, colossos turribus majores, & ingentia ex peregrino marmore simulacra, posuit olim beneficis optimeq; de se meritis Imperatoribus antiqvitas: sed majoribus ista ærariis relinqvenda; multoq; longius propagantur ac diutius vivunt literis expressæ grates laudesq;, qvam metallis marmoribusq; efficta. Statuas certe nemo videt, nisi qvi in eum, ubi erectæ sunt, locum veniat. Literæ lectores suos ipsæ seqvuntur, & nomen eorum, qvos laudandos susceperunt, omni loco,*

omni

omni tempore ornant, circumferunt, æternaq; famæ committunt. Hoc ipſum perpendens Senatus *Inclytus, Actum Publicationis Privilegiorum Academiæ ſuæ, à S. Cæſarea Majeſtate clementiſſime amplificatorum, non tantum debito in loco ſemel celebravit, ſed & ſollenniſſime celebratum literis ac memoriæ nunqvam intermoritura prodi voluit; adeoq; omnia, qvæ tunc dicta & facta ſunt, typis deſcripta nunc proponit, qvò eo latius per ora hominum ferantur, iisdemq;, qvibus literæ bonæq; artes, ſpatiis evagentur. Qvod ſane pietatis ſtudium ipſi etiam* CAESARI *Auguſtiſſimo, pro ea, qva Divina prope Sapientia Clementiaq; pollet, minime diſplicebit. Etenim, ut rurſum ait Romanus Sapiens,* Cum accipiendum beneficium judicaverimus, hilares accipiamus, profitentes gaudium: & id danti manifeſtum ſit, ut fructum præſentem capiat. Juſta enim cauſſa lætitiæ eſt, lætum clientem videre; juſtior, feciſſe. Gratè ad nos perveniſſe judicemus effuſis affectibus: qvod non ipſo tantùm audiente, ſed ubiq; teſtemur. *Indicavi cauſſas ſcripti hujus edendi; indicavi & argumentum: cui fuſiùs heic immorari nolo, ne videar exiſtimare, Te, Lector Benevole, ea qvæ ſeqvuntur, aut non lecturum, aut non intellecturum. Vale igitur, ac rem omnem cognoſce!* Ibid. c. 11.

ACTVS IPSE PROMVLGATIONIS PRIVILEGIORVM CAESAREORVM ACADEMIAE ALTDORFINAE AMPLIFICATORVM.

QVod Festa Natalitia Principum, Magnatum, aliorumq; hominum, jam inde ab antiqvissimis seculis religiose ac hilariter fuerint celebrata, non solùm Sacro in Codice nos edocent Regis Ægypti Pharaonis, & Herodis Agrippæ, exempla; sed & Polydorus Virgilius de Invent. Rer. Lib. VI. Cap. 7. testatur, qvod mos fuerit apud vetustissimos Persas, ut suum qvisq; Natalem, pro facultatibus, multis sacris opiparisqve conviviis coleret; unde & ad Romanos forsitan fluxerit, qvi diebus Natalibus, Diis suis, & Genio imprimis, sacrificia ac munera offerebant, ludosq; varios & convivia instituebant. Manavit mos idem ad Christianos veteres, qvi, teste Tertulliano Lib. I. de Corona Militis, diebus istis sacrificabant, inq; templo unà epulabantur: qvod tamen institutum, in luxum postea diffluens, Nicenæ Synodi decreto sublatum est. Neq; vero sacer ille Natalium Cultus ad solos homines, sed ad res qvoqve inanimatas, ut Templa & Vrbes, translatus est: veluti Natalem urbis suæ Romani *Palilia* vocabant, eumqve diem nobilem faciebant. Imo etiam, cum tempore procedente, Principum ac Rerumpublicarum laudabili pietate & munificentia Scholæ illustres, qvas Academias ac Studiorum Vniversitates nominamus, passim erigerentur, par sibi jus ritusq; suos Natalitios hæc ipsa Lycea sibi vindicarunt.

carunt. Qvæ res tanto minus culpanda, qvanto est insignior utilitas, qvæ ad omnem hominum societatem e fertilissimis hisce Ecclesiæ ac Reip. plantariis derivatur, & gloria illustrior, qvam magnificentiâ & curâ illâ augendi per easdem bonarum artium officinas publicum commodum, & Ecclesiam Christi amplificandi, magni Principes ac Rerump. Proceres sibi pepererunt, hodieq; pariunt. Neqve vero dies tantùm vitæ auspicales, aut eos, qvibus res qvædam condi aut fundari cœpit, antiqvi *Natales* vocabant, sed & illos, qvibus insigniter aucta est vel instaurata: imo omnes, ob singularem lætitiam ac felicitatem sibi sollennes. Ita Xerxes diem Imperii Natalem qvotannis, ut festum agitavit: ita Hegio ille Plautinus, cum audivisset, adventasse filium suum captivum, *Dii immortales*, exclamat, *iterum natus videor, si vera autumas!* Ita Cicero diem istum, qvo post exilii calamitatem pristinæ non solùm dignitati restitutus, sed & Imperio Proconsulari auctus erat, *Natalem suum ac* παλιγγενεσίαν vocat. Sic sollennitas non solùm Natalis Templi Salomonis 1. Reg. IIX. v. 63. ac seqq. sed & Renovati ejusdem Templi post captivitatem Babylonicam, Esdræ VI. v. 16. & seqq. fuse commemoratur.

Posteaqvam igitur *Diploma Cæsareum* vere præcipiti A.O.R. 1697. Norimbergam delatum esset, qvo Sacratissimus atqvè Invictissimns LEOPOLDVS, Imp. Augustus, Vetera Lycei Altdorfini Privilegia non tantùm clementissime confirmavit, sed novis iisq; insignibus accessionibus locupletavit, bene sapienterq; decrevit Illustris Reip. Norimb. SENATVS Prudentissimus, Nutritor illius munificentissimus, ut imminente tunc festo Petro-Paulino, *Sollennis summæ illius Cæsareæ Clementiæ Promulgatio* Altdorfii institueretur, ac simul *Natalis Academiæ tertius* celebraretur. Qvod ipsum ut tum Civibus suis, tum vicinis qvoq; & exteris, mature innotesceret, omnes ad sacra istæc spectanda, votaqve unà facienda, invitandos curavit, typis exscripto publiceq; proposito d. xx. Junii dicti Anni 1697, quod hic subjectum conspicitur, Programmate.

 COSS.

COSS. VNIVERSITATIS ALTDORFINAE CVRATORES, TOTVSQVE SENATORIVS ORDO, S. ROM. IMP. LIB. REIP. NORIMB.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.



Vod fama rerum vehat perpetuò, parentes liberis, liberi posteris narrando tradant, temporumq; prædicet æternitas, proximè volente DEO, tertio videlicet Kalendas Julii, festo Petro & Paulo Apostolorum principibus sacro, illucescet Academiæ nostræ Altdorfinæ faustus candidusq; dies, qvem a prima fundatione TERTIVM ejus NATALEM meritò appellare poterimus & celebrare. Etenim postqvam Majoribus & Antecessoribus nostris Beatissimis complacuerat, seculi superioris anno qvinto & septuagesimo, nobilem Altdorfii adornare scholam, qvæ triennium ultra, solo Gymnasii titulo circumferebatur; mox ea, Divinæ Clementiæ indultu, augustaq; munificentia Invictissimi gloriosissimæ memoriæ Cæsaris RVDOLPHI II, Academicæ dignitatis cepit primordia, impetrata videlicet Philosophiæ

ſophiæ Baccalaureos & Magiſtros in ea renunciandi facultate: qvæ Privilegia ſollenniter publicata fuerunt A. 1580, die S. Jacobo in faſtis dicato; isq; ipſe primus Academiæ fuit Natalis. Crevit autem procedente tempore mirum in modum inclyta Lycei hujus fama, eaqve, ob Profeſſorum in iſto publice docentium eruditionem meritaqve inſignia, nec non diſciplinam, moresq; ſanctos & antiqvos, qvibus ſtudioſa imbuebatur juventus, per omnem non modo Germaniam, ſed Europam, ita emanavit, ut, præter vicinos, ex Gallia, Anglia, Belgio, Lotharingia, Helvetia, Italia, Bohemia, Hungaria, Tranſylvania, Polonia, Dania, Svecia, tanqvam ad divinæ humanæq; ſapientiæ mercatum, artiumq; & virtutum politiorum officinam, Juvenes ingenui, nobiles, illuſtres, advolarent. Cumq; non pauci tam peregrinorum qvam indigenarum haberent in votis, ut in altioribus etiam, qvas vocant, Facultatibus, ſtudiorum ſuorum præmia ac teſtimonia publica hinc auferre poſſent, factum eſt divinitus, ut a Sacratiſſimo Imperatore FERDINANDO II glorioſiſſimæ memoriæ, Prædeceſſores noſtri piæ recordationis, nova obtinerent Privilegia, in qvibus S. Cæſarea Majeſtas priſtina clementiſſime confirmavit, ac præterea in vim motus proprii, ad Jurisprudentiæ & Medicinæ Facul-

Facultates, ut & poteſtatem ac licentiam creandi Poëtas Laureatos, extendit. Qvorum Privilegiorum magmenta ſollenniſſime publicata ſunt feſto Petro-Paulino A. 1623; isqve alter Academiæ noſtræ extitit Natalis. Enimvero qvoniam non ſemper ſimul unoqve momento, ſed lentæ ſpei molimine, maxima qvæqve producuntur; nec temere fit, qvod niſi a DEO, & huic proximo Orbis Chriſtiani Capite, Romaniq; Imperii Moderatore, conſummari non poteſt: ecce nuperrime ter Sancti Numinis auſpicio, & Sacratiſſimi Invictiſſimiq; Cæſaris LEOPOLDI, Magni, Pii, Felicis, Domini noſtri omnium Clementiſſimi, nunqvam ſatis prædicanda Indulgentia, illud inſuper acceſſit incrementum pariter ac ornamentum, ut S. Cæſarea Majeſtas non ſolùm noſtram ſtudiorum Vniverſitatem Altdorfinam, in paternam auguſtamq; ſuam tutelam denuo receperit, immunitatesqve & privilegia a Divis Impp. RVDOLPHO II & FERDINANDO II eidem conceſſa omni meliore modo ac forma approbaverit & corroboraverit, ſed novo etiam beneficio Cæſareo ſic auxerit & amplificaverit, ut dicta noſtra Vniverſitas, cum omnibus in ea comprehenſis Profeſſoribus, Doctoribus & Studioſis, aliisqve ad eam pertinentibus perſonis, æqvo per omnia jure cenſeatur,

pari

pari dignitate æſtimetur, omnibusq; immunitatibus, privilegiis, libertatibus, honoribus, ſicut aliæ per Romanum Imperium Vniverſitates, earumq; membra, utatur, fruatur, potiatur; utqve in ea non tantùm Baccalaurei, Magiſtri, Poëtæ Laureati, ſed & Licentiati & Doctores, PRO MODO VNIVSCVJVSQVE SCIENTIAE AC DOCTRINAE, ET IN QVALIBET FACVLTATE, creari poſſint & inſigniri; adjecta ſimul & intentata longe graviſſima *centum marcarum auri puri* pœna, omnes, cujuscunqve ſint ordinis & dignitatis, Clementiæ hujus Cæſareæ contemtores ac violatores, absq; ulla ſpe veniæ, certò manſura. *Qvod* igitur *fortunatim*, *feliciter ac bene vortat*, illorum a Sacratiſſimo CAESARE benigniſſime nobis indultorum non ita pridem Privilegiorum Promulgationi deſtinamus atq; indicimus ab initio memoratum, eumq; proxime inſtantem, vigeſimum nonum menſis hujus Junii, anniverſaria Divorum Petri & Pauli celebritate ſacrum, tanqvam tertium Vniverſitatis noſtræ Natalem. Qvemadmodum verò Romæ olim in Deorum, Hominum & Vrbium, feſtis natalibus, Genium libis, thure, floribus ac mero, venerabantur, lauta inſtituebant convivia, vota ſollennia perſolvebant, & ipſo qvidem natali a cæde abſtinebant ac ſangvine, pro-

ximis tamen pòſt diebus ſpectacula gymnica, ludosq; gladiatorios, eximia pompa magnisq; ſumtibus præbebant; ita & maturo hac de re habito conſilio ac deliberatione, ut ſua diei huic conſtet ſollennitas, non modo ſancivimus atqve decrevimus, verum & ceremonias certas ac ritus, qvibus illa peragi debeat, præſcripſimus. Nempe enim offerentur non Genio, non Junoni, non Apollini, ſed DEO vero ſacrificia laudum, fructus labiorum, & reddemus Altiſſimo vota noſtra. Cantabitur Domino canticum novum; laudabitur hic in ſono tubæ, in tympano & choro: fundentur dein maximæ humillimæq; gratiæ IMPERATORI poſt DEVM Opt. Maximo, & nuncupabuntur vota, ut Is Natalem ſuum (qvi nuper propitio Olympo Ipſi octava & qvinqvageſima affulſit vice) per plurimos inſuper annos qvam feliciſſime agat; æternaq; laude florentem Virtutis ſuæ gloriam & incolumis & fortis aliis ſuper alia operibus augeat! Hæc igitur diei illius feſti ſanctimonia præcipue DEO laudes & CAESARI grates reddendas poſtulabit: dein alia qvoqve ceremoniarum ſacra, cumprimis Academica, oculos animosq; & aures Spectatorum & Auditorum delectabunt; nec deniqve deerunt conviviorum apparatus, in luxum tamen minime diffluxuri. Qvin & poſtridie egregii edentur

Ludi

Ludi & Agones gymnici; non illud qvidem qvinqvertium, qvo curſu, luctâ, pugilatu, ſaltu, diſco, & certabant olim & vincebant; non ſpectacula gladiatoria, qvæ *multo conſtabant ſangvine fuſo:* ſed in arenam producetur rarus & copioſus Virorum ac Juvenum Eruditione & Virtute ſpectatorum numerus, qvi hactenus cum ignavia pugnam, cum inertia luctam, cum ſegnitie ſtrenua ſusceperunt certamina, jamqve brabeis, laureis, & honoribus IN OMNIBVS QVATVOR FACVLTATIBVS ſupremis condecorabuntur. Hæc nimirum eſt præclara & gymnaſio celebri digniſſima arena, in qvam deſcendit Virtus; hoc amphitheatrum, in qvo ſolida ſpectatur eruditio; hæc palæſtra, in qva decentiſſimi ingenioſiſſimiqve, non corporis, ſed animi motus exercentur: hic deniqve Circus ille maximus, in qvo omnis generis literatura, humanitas, artes ac ſcientiæ liberales univerſæ, freqventantur. Ex his Ludis verè Apollinaribus non brevis & inanis voluptas ad paucos redit ſpectatores otioſos, ſed fructus ſolidus ac perpetuus in Eccleſiam, Remqve tam publicam qvam literariam, largiter emanat. Qvoniam verò gaudia, qvibus pauci fruuntur, anguſta ſunt; ea autem, qvæ inter plures dividuntur, longius latiusqve ſe diffundunt: idcirco omnes omnium ordinum ac

digni-

dignitatum, nec tantùm noſtros & Academiæ noſtræ cives, incolas accolasqve, ſed &, qvibuscunqve commodum fuerit, e vicinia Spectatores & Auditores, ea qva decet obſervantia & humanitate rogamus, ut ſollennitati, dicto die in oppido noſtro Altdorfio celebrandæ, præſentiam ſuam haud gravatim velint commodare, ac pro perpetuo Academiæ noſtræ flore pias concipere preces, & iis, qvæ porro agentur, lingvis animisqve favere. Cedet hoc in ſempiternam Divini Numinis gloriam, ſubjectiſſimam Auguſtiſſimi Cæſaris venerationem, nobisqve id tam gratum erit, qvam qvod gratiſſimum. Faxit modo, qvi nobis hæc otia fecit, DEVS, ut illuceſcat dies ille feliciter; iſtaqve honori ſuo deſtinata ſollennitas tam Reip. Chriſtianæ, qvam noſtræ, auſpicata proſperaqve abeat; hæcqve gaudia & jubila continuis perpetuisq; incrementis ad ſeros nepotes & longe ventura ſecula transmittantur; non deſitura, priusqvam orbis deſinat, & tunc de terris in cœlum ipſamqve æternitatem tranſitura. P. P. d. xx. Jun. CIↃ IↃ C XCVII.

Hoc velut exordio ſollennitatum facto, alterum dein, die XXVII Junii, Programma, ejusdem celebritatis inſtantis cauſſa, publice affixum fuit, qvo Magnificus Vniverſitatis Rector, & Senatus Ampliſſimus, ſpeciatim Civium Academicorum animos ad modeſtiam honoremqve debitum Generoſiſſimis Curatoribus, Patronis & Hoſpitibus, cum in perendina Pa-

negyri,

negyri, tum Actibus publicis eam secuturis, exhibendum præparare, illosq; officii sui ac civilitatis, nobili atq; ingenuo Studiosorum ordini convenientis, admonere voluerunt, seqventem in modum:

RECTOR ET SENATUS
UNIVERSITATIS ALTDORFINAE
LECTORI BENEVOLO
S. P. D.



X sapientissimo benignissimoqve Decreto Illustris SENATUS NORIMB. Dominorum ac Nutritorum nostrorum maxime Venerabilium, dies perendinus SS. Petri & Pauli religiosæ memoriæ sacer, (prout hac ex tabula jam ante octiduum edocti estis) dictus est sollennitati, qva Privilegia, a Divis Impp. RUDOLPHO II & FERDINANDO II huic Academiæ qvondam clementissime concessa, nuperrime ab Augustissimo LEOPOLDO, humani generis delicio, & fugientium Musarum Statore Potentissimo, partim confirmata partim indulgentissime amplificata, in præsentia magnorum Senatorum atqve Hospitum, magnifice publicabuntur. Proinde ipsimet vos, uti speramus, memores eritis, qvo pietatis fervore, qva animi

compoſitione & tranqvillitate, qva vitæ morumqve elegantia, Sacra hæc celebrare, tantorumq; Patronorum adventum non ſolùm excipere, ſed & moram apud nos ac præſentiam exoptatiſſimam venerari debeatis. Socrates auditores ſuos hortabatur, ut hæc tria haberent & cuſtodirent: in animo prudentiam; in lingva ſilentium; in vultu ac moribus verecundiam modeſtiamqve. Vos, Cives & Auditores chariſſimi, primò prudenter & conſideranter vobiscum reputate, dirigente ſic DEO, & indulgente CAESARE Auguſtiſſimo, curante item atqve allaborante Illuſtri SENATV Norimb., haud levia Vniverſitati huic, nobiliqve Ordini veſtro, acceſſiſſe ornamenta & Privilegia; qvo magis ita vos comparabitis, ut in ſollenni eorum promulgatione, actibusq; publicis eam ſecuturis, nullam officii veſtri partem neglexiſſe, aut indecore obiiſſe videamini. Secus qvi fecerit, tantò conſpectius admittet crimen, tantoq; graviorem incurret pœnam, qvantò in majore ſplendidiſſimorum hominum luce hoc ipſo tempore verſabimur. Dein lingua, qvæſumus, præſtate ſilentium! Nolumus vos dehortari a nocturnis diurnisq; clamoribus, qvibus alibi locorum degeneres Muſarum filii nimis indulgent, ſed a qvibus vos ſponte, laudabili plane ac publice hic prædicando conſilio, jamdudum ab-

ſtinui-

ſtinuiſtis ; verùm illud ſolùm a præcone qvondam acclamari ſolitum, *Hoc age!* in memoriam vobis revocamus ; qvo ſignificabatur, Sacra publica atqve ſollennia pio veneranda ſilentio, & omiſſo omni ſtrepitu atqve tumultu celebranda eſſe, cunctisqve rixis ac litibus abſtinendum. Deniq; & in vultu ac moribus oſtendite verecundiam modeſtiamqve; hoc eſt, erga Patronos & Peregrinos utriusq; ſexus, & cujuscunqve ordinis & dignitatis, verecundos, civiles & amabiles, vos exhibete, operamqve date, ut illi præſentes concinnum Ordinem veſtrum mirentur, ac domum reverſi collaudent. Ex eo verò qvam maxime elucebit modeſtia veſtra morumq; civilitas, ſi ipſo die feſto Petro-Paulino decentem habebitis honorem Generoſiſſimis Senatoribus Norimbb. & Curatoribus Vniverſitatis hujus inſigniter per omnia meritis, & qvamprimum mane ſignum campana datum fuerit, freqventes unà nobiscum in Collegii area comparebitis, atqve inde in ſollenni ad arcem, & hinc in templum, proceſſu, Dominos ac Patronos noſtros comitari, ſicq; ipſimet eximiam tam celebris pompæ partem repræſentare volueritis. Meretur ſane ipſius DEI (cui feſtivitas hæc deſtinata eſt) gloria, Auguſtiſſimi CAESARIS nobis vobisqve præſtita Clementia, nec non intenſiſſimus

In-

Inclyti SENATVS Norimb. amor, qvo Athenas ſuas proſeqvitur Altdorfinas, ut hoc venerationis & humanitatis officium a nemine veſtrûm intermittatur. Valete omnes! P.P. d. XXVII. Jun. CIƆ IƆC XCVII.

Pridie igitur diei illius, qvem Programmata antecedentia denunciaverant, Perſtrenuus Vrbis Altdorfinæ Præfectus, ex mandato Sapientiſſimi SENATVS NORIMB., omnia, qvæ ad ordinandas in portis excubias, ad exornandum templum, & cathedras in hujus choro collocandas, pertinebant, rite diſpoſuit. Ac primo veſpere Maxime Generoſi Vniverſitatis CVRATORES, Illuſtris REIP. NORIMB. Senatores Conſulares qvatuor, ut & Conſiliarii duo Primarii, JCti Conſummatiſſimi, horumq; alter Magnificus Academiæ Procancellarius, unà cum Venerabili Antiſtite Norimb. Sebaldino, ac pluribus Fautoribus & Hoſpitibus poſtea nominandis, ſplendido cincti comitatu, (Candidati enim omnium Facultatum, mox Doctores & Magiſtri creandi, aliiq; Studioſi complures, eqvis & eſſedis inſidentes, ultra milliare progreſſi obviam, adventantes hosce Patronos læti ac venerabundi adduxerant) inter tympani ac tubarum, ex alta templi turri datos ſonitus atqve clangores, urbem & arcem ſunt ingreſſi; ubi eadem adhuc veſpera a Magnifico Vniverſitatis Rectore & Decanis, per Notarium Academicum, debita veneratione ſunt excepti.

Illuxit dehinc, cœlo propitio, feſtus fauſtusq; Academiæ dies, Divis Petro & Paulo Apoſtolis ſacer: cujus intra ſeptimam & octavam matutinam, ſignum ære Campano datum eſt in Collegio, eoq; poſt paullo Rector Magnificus, & Spectatiſſimi Ordinum qvatuor Decani, cultu ac ornatu Academico induti, tunicisq; talaribus amicti, ut & cæteri Profeſſores, ac Cives Studioſi, convenerunt. Rector erat *Johannes Fabricius*, Vir maxime Reverendus, S. Theol. D. & Prof. P. mox abitum

para-

paraturus, & illuſtrem Juliam, qvò ad eandem Profeſſionem ornandam vocatus erat, petiturus: Theologicæ Facultatis Decanus fuit *Chriſtophorus Sonntag*, D. Prof. Primar. & Eccleſiæ Altdorfinæ Antiſtes; Juridicæ, *Felix Spitz*, D. Cod. & Jur. Feud. Profeſſor; Medicæ, *Joh. Mauricius Hoffmann*, D. Anatom. & Chemiæ Prof. Publicus; Philoſophicæ, *Daniel Wilhelmus Mollerus*, Hiſtor. ac Metaphyſices Profeſſor. Horam intra octavam & nonam, cum jam longe maxima nobilium ac honoratiſſimorum Hoſpitum multitudo e vicinis locis undiqve confluxiſſet, Magnificus Rector, cæteriq; Profeſſores ac Studioſi, e Collegio, præeuntibus & gemina ſceptra præferentibus miniſtris academicis, ordine bini incedentes, per forum contulerunt ſe in aream arcis oppidanæ interiorem, præſtolati deſcenſionem qvatuor Vniverſitatis Curatorum Splendidiſſimorum. Qvi mox veniebant in conſpectum, Viri Summi maximeq; Generoſi, DNN. DNN. CAROLVS GOTTLIEB HARSDöRFER, Reip. Norimb. Septemvir & Eccleſiarum Ephorus, VITVS ENGELHARTVS HOLZSCHVER, in Neubürg, CAROLVS SIGISMVNDVS GRVNDHERR, in Altenthann & Weyerhaus, JACOBVS WILIBALDVS HALLER, ab Hallerſtein, tres Senatores Conſulares & Scholarchæ: e qvibus primus, illuſtre patriæ ac ſeculi ornamentum, HARSDöRFERVS, ſuo & Collegarum Laudatiſſimorum nomine, Rectorem & Senatum Academicum benigniſſimo vultu ac ſermone excepit: qvem viciſſim Rector Magnificus, nomine Vniverſitatis, pia congratulatione, & ea, qva decebat, reverentia eſt proſecutus.

Hinc pompa duci cœpit extra arcem: cujus per aream anteriorem, usque ad templi veſtibulum, ab utroq; latere cives militesque armati conſtabant; & ordo proceſſionis talis erat: Tubicines Altdorfini, inter campanarum ſonitus ex ædis ſacræ turri fuſos, præcedebant, ipſi tubas buccinasq; ſuas inflantes. Hos ſecutus eſt Vniverſitatis Notarius, *Jodocus Lazarus König*, V. J. Candidatus, incedens ſolus. Proximi ibant ſingillatim

C tres

tres Studiosi Nobiles Patricii: primus, isq; *Christophorus Gottlieb Volcamer*, in pulvino holoserico nigri coloris, Privilegia Academiæ Vetera præ se ferens: alter, *Carolus Gottlieb Fürer*, ab Haimendorf, in pulvino itidem holoserico ejusdem colôris, Matriculam ac Pileum Doctoralem Theologicum portans: tertius, *Christophorus Michael Im Hof*, Privilegia Academiæ Nova in pulvino pariter holoserico nigro gestans. Horum singulos dextra lævaq; comitabantur duo nitide vestiti famuli, faces candidas ardentes manu tenentes. Jamq; exiguo intervallo anteibant ministri academici duo, qvos Pedellos appellitant, togis suis rubris induti, & sceptra duo aurata præferentes. Dehinc duo Curatores Vniversitatis Primarii, (qvorum, ut & seqventium Dominorum ac Patronorum, Nomina sola, ex se illustri laude conspicua, sine longo titulorum syrmate, commemorare liceat!) HARSDöRFERVS & HOLZSCHVERVS, medium duxerunt Vniversitatis Rectorem; GRVNDHERRVS vero & HALLERVS Theologicæ Facultatis Decanum. Dein HIERONYMVS SCHEVRL a Deffersdorf, & CHRISTOPHORVS PELLER, JCti, diversorum S. R. I. Principum, ac speciatim Reip. Norimb. Consiliarii Primarii, & alter Academiæ Procancellarius, latera cinxerunt Decano Facultatis Juridicæ; *Conradus Feuerlein*, Antistes Norimb. Sebaldinus longe meritissimus, & *Joh. Georgius Pertsch*, Sereniss. Principis Brandenb. Culmbacensis Consil. Eccles. ac Superintendens Wonsiedel., tunc S. Theol. Licent. Decano Facultatis Medicæ; *Gustavus Gabriel Im Hof*, Vrbis & districtus Altdorfini Præfectus, & *Georgius Arnoldus Burger*, Inclyti Senatus Norimb. Primicerius, Ordinis Philosophici Decano, comites sese præbuerunt. Postea terni qvoq; ambularunt, *Andreas Ingolstätter*, Fori mercatorii, qvod Norimbergæ floret, Antecessor, insignis Literatorum Fautor & Ευεργέτης, *Christophorus* item *Wegleiterus* & *Joh. Michael Langius*, S. Theol. Professores ac Licentiati, ejusdemq; Doctores postridie creati; & sic deinceps Professores cæteri: *D. Joh. Christophorus Wagensei-*

genſeilius, Juris Canon. & Publ. nec non LL. Oriental. P. P. *D. Adam Balthaſar Wernerus*, Pandect. Prof. *D. Henricus Hildebrandus*, Inſtitt. Prof. *D. Mauricius Hoffmann*, & *D. Jacobus Pancratius Bruno*, Medicinæ Profeſſores Publici. *Georgius Matthias König*, Græc. Lingv. & Poëſ. Prof. non corpore qvidem, ob ſenium, animo tamen ac votis præſens fuit. Secuti ſunt *Joh. Chriſtophorus Sturmius*, Phyſ. & Mathem., *Magnus Daniel Omeiſius*, Moralium & Oratoriæ, *Georgius Paulus Rötenbeccius*, Polit. & Log. Profeſſores, ac Philoſophiæ Magiſtri. Horum veſtigia preſſerunt Inſpector Alumnorum, *M. Guſtavus Georgius Zeltner*, ipſiq; Alumni Norici togis ſuis amicti nigris, per ſtrias diviſis. Inde longa nobiliſſimorum ac politiſſimorum Studioſorum omnium Facultatum ſeries, & ingens varii generis Hoſpitum, qvi diverſis ex locis ad ſpectanda & freqventanda hæc feſti ſollennia affluxerant, multitudo.

Qvamprimum pompæ anteambulones limen templi inſtitiſſent, audiebantur organorum, qvæ vocant, ac tubarum poſtea, variorumq; muſicorum inſtrumentorum concentus, qvibus ædes tam diu jucundiſſime reſonabat, donec tres Nobiles Studioſi Patricii Privilegia Vetera, ut & Matriculam ac Pileum Doctoralem Theologicum, ſiniſtro, Privilegia vero Nova dextro altaris majoris cornu, unà cum pulvinis, impoſuerant, maximeq; Generoſi Vniverſitatis Curatores, JCti duo Reip. Primarii, & Hoſpites reliqvi inſigniores, ex ordine inceſſus, ſedilia dextræ chori partis, ſiniſtræ partis autem Rector Magnificus, Decani ac Profeſſores cæteri, occupaverant. Dein ſvaviter ſcienterq; decantatus eſt Pſalmus centeſimus decimus ſeptimus, *Laudate Dominum omnes gentes* &c. Modulabatur poſtea ad aram minorem Reverendus Eccleſiæ Altdorfinæ Diaconus, *M. Chriſtophorus Jacobus Glaſer*, certam precum formulam, quam Collectam appellant: mox totius ſacri cœtus voce, prima ϛροφὴ Germanica antiquæ cantionis, *Veni Sancte Spiritus!* ardenti pietate cantitabatur. Qva finita, ab Antiſtite Altdorfino & Paſtore, *D. Sonntagio*, concio habita eſt,

 tem-

tempori ac celebritati huic academicæ pie ſapienterque accommodata. Hac peracta, cantu ſequenti templum perſonabat: Der HErr denkt an uns ꝛc. Cujus inter numeros modosq; D. HIERONYMVS SCHEVRL a Deffersdorff, Inclytæ Reip. Patriæ Conſiliarius Primarius, Scævolæ inſtar, jurisperitorum eloquentiſſimus, & eloquentium jurisperitiſſimus, acceſſit ad altare majus, cathedramque præ hoc erectam conſcendit, ac modulis muſicis jam terminatis, nomine Illuſtris SENATVS NORIMB. ſollennitatis hujus cauſas, remq; omnem, gravi ac diſerto eoq; vernaculo, ut a præſentibus omnibus intelligeretur, ſermone propoſuit. Cumq; de Veteribus Academiæ Privilegiis verba feciſſet, jamq; ad Novorum mentionem deveniret, ecce Vir Clariſſimus, *M. Georgius Arnoldus Burger*, Senatus Norimb. Primicerius, ſua de ſede ſurgens, ad altare idem majus acceſſit, ſummaq; cum reverentia Diploma Novorum Privilegiorum inde ſuſtulit, & cathedræ inferiori, ſuperiori ſubſtructæ, admotus, ibidemq; inter duos LL. Artium & Philoſophiæ Magiſtros, *Henricum Liedert*, Regiomont. Boruſſum, & *Johannem Heinricum Müllerum*, Norimbergenſem, conſiſtens iſtud aperuit, Sigillum Cæſareum utrique ad recognoſcendum exhibuit, &, facta recognitione, Diploma ipſum clara diſtinctaq; enunciatione concioni univerſæ prælegit. Qvo facto, inſigne Svadæ Themidosq; Decus SCHEVRELIVS, eorundem Privilegiorum tenorem ad certa capita nervoſe ac ſuccincte redactum, toti cœtui Germanice interpretatus eſt; atq; interea, Magnificus Univerſitatis Pro-Cancellarius, D. CHRISTOPHORVS PELLER, cathedram qvoqve aſcendit. Ad qvem SCHEVRELIVS, ut Inclytæ REIP. NORIMB. SENATVS Eminentiſſimi Delegatus Splendidiſſimus, ſe mox convertit, eidemqve Privilegia a S. CAESAREA MAJESTATE qvam clementiſſime aucta & amplificata, iisq; adnexa Inſignia, de manu in manum tradidit. Qvæ PELLERVS, loco perqvam Generoſorum ac Prudentiſſimorum Vniverſitatis DNN. Curatorum, debi-

debito cum honore ac veneratione accepit. Et poſtquam SCHEVRELIVS dicendi finem feciſſet, laudatiſſimus PELLERVS, Neſtor Noricus, Homerico illi prudentia & eloqventia păr aut ſuperior, Germanica oratione brevi, ſed gravitatis pleniſſima, Præluſtri SENATVI NORIMB., nomine Generoſorum Academiæ Curatorum, pro concreditis Privilegiis, Novisq; Inſignibus, decentes egit gratias; ac poſtea Magnifico Rectori (qui, D. SCHEVRELIO interim ad priorem ſedem ſuam regreſſo, cathedram jam occupaverat,) præmiſſa oratione Latina, terſa item ac luculenta, ea, qua pollebat ab Ampliſſimo CVRATORVM Ordine munitus auctoritate, Privilegia eadem, unà cum Novis Inſignibus, ſollenniter tradidit, Ipſiusq; & Vniverſitatis fidei validiſſime diligentiſſimeq; commendavit. Qvæ Rector Academiæ FABRICIVS oratione pariter Latina, verbis qvidem adſtricta, ſenſu tamen ac rebus prævalente, acceptavit, traditaq; ſibi κειμήλια ſanctiſſime religioſiſſimeqve cuſtoditum iri ſpopondit. His peractis ſociata nervorum concordia audiebatur cantus, Der HErr hat groſſes an uns gethan ꝛc. Et ad extremum Oratoriæ Profeſſor *Omeiſius*, conſcenſa qvoqve ad altare majus cathedra ſuperiore, ſermone Latino DEO Opt. Max., CAESARI Sacratiſſimo, Illuſtri SENATVI Norimb., maximeq; Generoſis Academiæ *Curatoribus*, ut & omnium ordinum ac dignitatum Spectatoribus & Auditoribus, gratias debitas pie decenterq; perſolvit. Qvo ſuo munere hic cum perfunctus eſſet, Muſici Beatorum Ambroſii & Auguſtini Hymnum, *Te Deum laudamus &c.* organis, tubis fidibusq; numeroſe ſonantibus, ingeminarunt; eoqve finito, univerſus eccleſiæ cœtus exſultans concinuit: Sey Lob und Ehr mit hohem Preiß! ꝛc. ac poſt Collectam deniqve a Rev. Diacono *Glaſero* recitatam, & Benedictionem populo impertitam, Actus ille in templo felicem ad exitum eſt perductus.

Inde Proceſſionis pompa, eodem, qvo templum ingreſſa, ordine ac ſerie rurſum egreſſa, Collegium verſus ſeſe contulit;

C 3

lit; ibidemqve in Auditorio Velseriano Privilegia Vniversitatis cum Vetera, tum Nova, præsentibus & spectantibus Curatoribus Academiæ Splendidissimis, arcæ cuidam inserta, hujusqve claves, ad ordinationem usqve ulteriorem, Dn. Rectori & Vniversitati sunt concreditæ. Posthæc Curatores, aliiqve Hospites amplissimi, curribus ad arcem vecti; Rector autem Magnificus, a Decanis cæterisqve Professoribus, & universo Corpore Academico, ad suas ædes usqve comitatus est; ubi tres Nobiles Studiosi Patricii, qui singillatim antea iverant, nunc terni simul ingrediebantur.

Seqvebatur, exiguo temporis intervallo, ipsa in arce Convivium lautum opiparumqve; cui præter DOMINOS & PATRONOS NORIMB. Hospitesqve reliqvos insigniores, omnes etiam Professores, & complures alii, qvi pompæ celebritatem pariter ornaverant, interfuerunt. Qvo epulo hilariter ac jucunde, svavissimas inter canentium vocum & instrumentorum symphonias, sumto, festi illius diei sollennitas velut coronide est terminata.

Præterea NVMISMATA duo majora argentea, inter Hospites qvosdam, aliosqve, sunt divisa: qvorum Corpora æqve ac Lemmata a sublimibus Ingeniis excogitata, Clementiam Cæsaream Vniversitati exhibitam, argute ac luculenter testantur & eloqvuntur. Paulo pòst etiam minus illud Norimbergæ est cusum.

Duobus majoribus, Poëtæ cujusdam Anagramma haud ineptum jungere liceat:

LEOPOLDVS, CAESAR;
DEVS APOLLO, CREAS!

Omni jure DEVS *meritoq; vocaris* APOLLO,
per nos, Doctores tot, LEOPOLDE, *creans!*

Sub-


AVCTIVS ATQVE DII MELIVS FECERE BENE EST.
CONFIRM. ET AMPLIFICATIO


VENIT EX ALTO.


SVSCITAT MVSAM NEQVE SEMPER ARCVM TENDIT.
PRIVILEGIIS VNIVERSITAT. ALTORFINÆ CONFIRMA-TIS ET EXTENSIS.
1697


CÆSARIS IMP. DEVS AVGEAT AVGEAT ANNOS PROTEGAT & VESTRAS QVERNA CORONA FORES.




GE-
DECHT-
NVS DER AL-
LERGNADIGST
VOLLKOMMENTLICH
PRIVILEG: UNIV.
ALTDORFF
1697.

Subjicimus nunc habitam in templo Concionem sacram; itemqve Orationes tam Germanicas qvam Latinas.

Predigt

Herrn D. Christoph Sonntags/ so er zu Altdorf am Fest Petri und Pauli bei Erweiterung der Keyserl. Privilegien Universitatis gehalten Anno 1697.

Wol-gegrabener Lehr-Brunnen derer Edlen im Volk.

In unseres geliebten JEsu allerheiligsten/ herrlichsten/ seeligsten Heil- und Seegens-Nahmen/ Amen.

Allesammt-geliebte Kinder GOttes!



Ndächtige/ Christ-ergebene Seelen/ wir erneuren heute/ da uns der/ so über den Cherubim sitzet/ mit einem sonderbaren neuen Gnaden-Zeichen erscheinet/ nicht unfüglich die Gedächtniß dessen/ was weiland Anno 1623. bey der höchst-solennen Promulgation des von **Keyserl. Majestät** Ferdinando **dem Andern** erhaltenen Privilegii bey hiesiger Löbl. Universität Docto-

Doctores zu creiren/ an eben diesem Tage/ ja/ welches noch mehr/ an eben dieser geheiligten Stätte/ da ich unwürdiger vorietzo stehe/ geredet worden. Es fielen dazumal im Eingange gehaltener Einweihungs-Predigt aus dem nunmehro längst-seelig-verschlossenem Munde des vornehmen GOttes-Lehrers und hoch-benahmten Predigers in Nürnberg/ des in GOtt ruhenden Herrn Johannis Sauberti, unter andern diese Worte:

Komm/ Heilger Geist/ dir/ dir allein
soll dieses Werk gewiedmet seyn.

Zum andern mahl:

Komm/ Heilger Geist/ dir/ dir allein
soll dieses Werk gewiedmet seyn.

Nicht genug; Zum dritten mahl:

Komm/ Heilger Geist/ dir/ dir allein
soll dieses Werk gewiedmet seyn.

Bald hierauf stehet nu/ was ich ietzo vornehmlich beziele: Zweiffle nicht/ du privilegirte und geweihete Universität/ es werde der H. Geist/ als dein oberster Cantzler/ Doctor und Lehrmeister/ hinfüro auch dich mit seiner Herrligkeit erfüllen/ und Doctores in allen Facultäten in dir creiren. Und abermahl nahe an dem Ende gedachter Predigt: Du privilegirte Universität/ bene ominor, ich propheceye dir heut alles Gutes. Wol geprophecenet/ du seeliger theurer Mann! Wol geprophecenet und alles Gutes geahnet! Wol recht/ wie du sehr merklich anbeyfügetest/ nicht dein eigen Gutdünken hierüber gebrauchet. Denn heute ist deine damahlige Stimme erfüllet für unsern Augen: O Wunder! Anno 1623 ists an diesem Orte geredet worden; Anno 1697, da das Seculum bald abgelauffen/ geschiehets erst. Heute ist der unfügliche und nichtige Vorwurff eines Ubersehens von uns genommen/ als an welchem Tage durch des Höchsten

D GOt-

GOttes sonderbahre Providenz / Gnade und Segen die von der ietzo-regierenden **Röm. Keyserlichen Majestät LEOPOLDO dem Ersten** allermildest-ertheilte Confirmation des vormaligen PRIVILEGII RUDOLPHINI und FERDINANDINI, ich will sagen/ das höchst-schätzbare INDULTUM mit dem neuen Zusatz fürohin bey dieser nunmehro völlig-privilegirten Universität und GOtt-gewiedmeten Lehr-Stadt in allen Facultäten / Theologica, Juridica, Medica und Philosophica, Doctores und Magistros zu creiren / auf vorhergegangene ungemeine Sorgfältigkeit unserer Hoch-gebietenden Herren Obern und Landes-Väter / wie auch dero Hoch-Adel. Herrligkeiten erfolgete grossgeneigte Verordnung/ allhier vor dem Angesichte GOttes/ und in Gegenwart eines so ansehnlichen Auditorii solenniter promulgiret und publiciret werden soll. Halleluja! Lobet ihr Knechte den HErrn: Lobet den Nahmen des HErrn. Gelobet sey des HErrn Nahme von nun biß in Ewigkeit. Vom Aufgang der Sonnen biß zu ihrem Niedergang sey gelobet der Nahme des HErrn. Der HErr ist hoch über alle Heiden: Seine Ehre gehet / so weit der Himmel ist. Wer ist/ wie der HErr unser GOtt/ der sich so hoch gesetzet hat/ und auf das niedrige siehet im Himmel und Erden? Der den geringen aufrichtet aus dem Staub/ und erhöhet den Armen aus dem Koth/ daß er ihn setze neben die Fürsten seines Volks. Der die Unfruchtbare im Hause wohnend macht/ daß sie eine fröliche Kinder-Mutter wird. Halleluja! Mit diesem/ eben mit diesem freudigen/uhralten/ von dem Geiste GOttes vorgesungenem Halleluja / dem CXIII. Psalm / treten wir also die heutige Academische Fest-Weihe an / erheben darbey den HErrn unsern GOtt / beten an zu seinem Fuß-Schemel/ denn er ist heilig: Ruffen mit vollem Munde aus / was dorten bey Einweihung des Hauses Davids angestimmet würde: Ihr Heiligen / lobsinget dem HErrn / danket und preiset seine Heiligkeit Ps. XXX, 5. Sein Wort ist eine rechte Lehre; Heiligkeit

ist die Zierde seines Hauses ewiglich: Ps. XCIII. 5. Bitten uns aber zuförderst bey diesem alleinigen höchsten und holdesten Geber alles Guten seines Geistes / beyde zum Lehren und Hören benöthigten/ Beystand aus in einem andächtigen Vater Unser/ und singen vorhero Christ-andächtiglich: HErr JEsu Christ/ dich zu uns wend/ 2c.

Text
des hohen Fest-Evangelii
ist befindlich
Matth. XVI, 13, & seqq.

DA kam JEsus in die Gegend der Stadt Cäsarea Philippi / und fragte seine Jünger / und sprach: Wer sagen die Leute / daß des Menschen Sohn sey? Sie sprachen: Etliche sagen/ du seyest Johannes der Tauffer/die andern/ du seyest Elias/etliche/ du seyest Jeremias / oder der Propheten einer. Er sprach zu ihnen: Wer sagt denn ihr / daß ich sey? Da antwortete Simon Petrus/ und sprach: Du bist Christus des lebendigen GOttes Sohn. Und JEsus antwortete/ und sprach zu ihm: Seelig bist du Simon Jonas Sohn/ denn Fleisch uud Blut hat dir das nicht offenbaret/ sondern mein Vater im Himmel. Und ich sage dir auch: Du bist Petrus/ und auf diesen Felsen will ich bauen meine Gemeine/ und die Pforten

der Höllen sollen sie nicht überwältigen. Und will dir des Himmelreichs Schlüssel geben. Alles / was du auf Erden binden wirst / soll auch im Himmel gebunden seyn: und alles / was du auf Erden lösen wirst / soll auch im Himmel loß seyn.

Eingang.



DAs ist der Brunnen / den die Fürsten gegraben haben: Die Edlen im Volk haben ihn gegraben durch den Lehrer und ihre Stäbe. So lautete weiland / Ihr meine Geliebten / jenes annehmliche Israelitische Brunnen-Lied in der Wüsten / dessen gedacht wird Num. XXI. 18. Eine grosse Wolthat hatte dazumahl GOtt der HErr seinem Volke gethan / und ihnen / als Frembdlingen und über Land reisenden / einen Brunnen aufqvellen lassen an der Gräntze Moab / da er in dem dürren Lande der Einöde zu ihrem Heerführer dem Mose gesaget: Sammle das Volk; ich will ihnen Wasser geben / ℣. 16 Einen Fürsten-Brunnen / einen Helden-Brunnen / einen recht edlen Brunnen / sag ich / hatte er ihnen aufqvellen lassen / in Ansehung / daß selbigen keine gemeine Brunnen-Gräber / sondern / nach einiger Ausleger Meinung / die selbste Fürsten / die Helden / die Edlen in dem Israelitischen Volk gegraben hatten / und zwar solche Fürsten / solche Helden / solche Edlen im Volk / die vor ihre Unterthanen treu-väterliche Sorge trugen / und / umb ihnen ein gesundes gutes Wasser zu schaffen / ihrer Hände nicht schoneten / ihre Stäbe nahmen / und / nach bezielter Ausleger Meinung / bey obhandener Noth damit aufgruben / oder doch wenigstens einen guten Anfang zum Graben machten / und anderen mit ihrem eigenen Exempel vorgiengen. Das rühmet nun hieselbsten das gantze Volk / und singen gegen

ein-

einander über Wechsels-weise: Sie muntern einander freudiglich auf/ und ruffen hin und her einander zu עלי באר ענו לה, Brunnen/ spring herfür/singet um einander über ihn! Eia! lasset uns freuen und frölich seyn! Das haben unsere Fürsten/ unsere hohe Häupter und Helden/ unsere Edlen im Volk gethan/ חפרוה כרוה, Sie haben ihn selbst/ sie haben ihn nicht ohne saure Mühe und Arbeit/ sie haben ihn mit ihren eigenen Händen gegraben/ und das **durch den Lehrer und ihre Stäbe**: Durch den Lehrer/ das ist/ Mosen, der das Beste bey der Sache gethan/ und sie gelehret/ wo und wie sie den Brunnen graben solten: Durch ihre Stäbe; nicht zwar dergestalt/ daß/ wie Onkelos und mit ihm einige Hebräer wollen/ sie mit den Stäben in der Erden gewisse Wasser-Gänge oder Graben gemachet/ allworinnen ihnen das Wasser hernachmals in der gantzen Wüsten/ wo sie nur hingezogen/ nachgeflossen wäre; sondern/ gleichwie sie die Stäbe damahls zum Zeichen ihres Amtes/ als wir auch an dem Beyspiel Mosis ersehen/ in ihren Händen trugen/ so stehets hier nachdenklich mit zweyen Worten ausgedrucket/ חפרוה כרוה, sie haben ihn/ den neu-entsprungenen Brunnen/ damit gegraben; sie haben ihn mit unverdrossenen sonderbahrem Fleiß gegraben/ und zu dem Graben ihre Stäbe gebrauchet. Meine Geliebten/ wann ich gute Muße darzu hätte/ wolte ich vorietzo Gelegenheit nehmen/ beyzubringen und aufzustellen einige belobte Exempel vornehmer/ Fürstlicher/ und anderer Hohen Personen/ welche sich mit gemeiner/ offt-mühsamer und saurer Hand-Arbeit belustiget/ gleichwie die erwähnte Israelitische Fürsten/ die Helden und Häupter der Väter allhier gethan: Ich wolte auch insgemein berühren/ was gestalt Hohe Schulen Brunnen wären/ welche die Fürsten und Edlen im Volk gegraben durch den Lehrer und ihre Stäbe: Vernimm Christliche Landes-Fürsten/ Landes-Herren und נדיבי העם Obrigkeitliche Oberherrliche Personen unter dem Volk/ die da Christ-Fürstliche/ die da Christ-herrliche Gedanken gehabt. Die/ die haben Universitäten gestifftet **durch den Lehrer und ihre Stäbe**; Vernimm

nimm/ durch ihre Geistliche und Weltliche getreue Räthe / wor- auf sie ihre Regierungen/ als auf einen festen Stab/ zu setzen und zu steiffen gepflogen: Sie haben nachgehends die מחקקים, die Professores und Lehrer / als einen schönen Brunnen-Krantz oben-auf gesetzet/ und ihre Regierungs-Stäbe aus denselbigen hergeholet/ nicht der Ursachen/ daß es Heidnische Hippocrenæ, sondern vielmehr darumb/ daß es Brunnen des Lebendigen und Sehenden / Gen. XVI. 14. ja/ daß es Lehr-Städte der seelig-machenden wahren Erkenntniß GOttes seyn solten. Zwar das vor-angegebene Muthmassen Onkelosii und derer Hebräer bleibet ungegründet/ daß dieser Brunnen dem Israelitischen Lager über Berg und Thal/ über Stock und Stein nachgefolget seyn solte; Dargegen aber hat sein Bewenden/ daß nemlich alles das jenige/ was man auf Universitäten gelernet/ allwo man/ als aus einem Heil-Brunnen/ein gesundes und gutes Wasser geschöpffet/ einen Gelehrten über Berg und Thal/ über Stock und Stein nachziehe. Hæc nimirum studia delectant domi, non impediunt foris, nobiscum peregrinantur, rusticantur; meldet Tullius. Ich reisse aber den Faden meiner Rede hiervon ab/ spreche an dem durch GOttes Gnade heut-erschienen Academischem Feste von unserer werthen Universität Altdorff ohne einig Bedenken aus/ und sage so viel: Diß ist auch ein Brunnen/ den die Fürsten gegraben: die Edlen im Volk haben ihn gegraben/ durch den Lehrer und ihre Stäbe. In Warheit ein rechter Fürsten-Brunnen/ von keinen Klauen des Pegasi nur aufgeritzet/ sondern von Fürstlichen / ja Keyserlichen Personen gegraben. Gegraben hat diesen Brunnen bevorab Anno 1578 Christlöbl. Andenkens Keyser RUDOLPHUS II. und selben zu einer Academie gemachet; Gegraben hat denselben Anno 1622 alsofort Keyser FERDINANDUS II. und selben eine Universität benahmset. Sothanen glorwürdigsten Fuß-stapfen gehet nach / erweitert das von Ihren höchst-preißlichen Vorfahren gegrabene / und zierets mit einem schönen neuen

Brun-

Brunnen-Recht aus die jetzt-regierende Röm. Keyserliche Majestät LEOPOLDVS I. unser allergnädigster Herr: Sie erweitern/ sag ich/ dasselbe durch ein neues Brunnen-Recht/ durch die vor kurtzer Zeit allergnädigst-ertheilte Freyheit in allen Facultatibus hiesiger Universität Doctores zu creiren. Gegraben haben förderlichst sothanen Brunnen die Edlen im Volk/ die Häupter der Väter/ die Gesalbte GOttes/ die Sämmtlichen Hochadelichen Mit-Glieder Eines Hoch-Edlen/ Fürsichtig- und Hochweisen Magistrats bey unserer werthen Landes-Krohne und Mutter-Stadt/ bey des H. Röm. Reichs freyer Republic Nürnberg. Fürwar es hat allda Grabens/ es hat Mühe und Landes-Väterlicher Sorgfältigkeit/ es hat auch zumalen grosser Kosten und Aufwendungen vonnöthen gehabt/ und hats noch vonnöthen/ diesen durch GOttes Segen entsprungenen Brunnen/ als einen Brunnen an der Gräntze Moab/ das ist/ vom Vater (wie jener ℣. 15. also gezeiget wird) in seinen ordentlichen Gang zu bringen/ und darbey zu erhalten. Zudem/ so hat es dabey an Göttl. Wunder-Seegen nicht gefehlet; inmassen viel theure Lehrer diesen Brunnen von Zeit der Stifftung an bekröhnet/ welche sich um die reine Kirche Christi sehr verdient gemachet/ und durch dero Arbeit dem publico in allen Ständen ein groß Heil zugewachsen ist. Ew. Liebe und Andacht urtheile nun von selbsten/ ob nicht das allervornehmste von dem/ was ich dißfals gesaget/ ja das unum necessarium sey/ daß man allhier noch allezeit bey unsern aufgethanen Academischen Brunnen aus dem waaren Heil-Brunnen/ dem Haupt-Brunnen/ dem Brunnen Israelis/ das Wasser der reinen Lehre und seeligmachenden Religion mit Freuden hat schöpfen können/ und noch schöpfet Es. XII, 3. Gestaltsam uns dann hierüber das abgelesene heutige Fest-Evangelium einige mehrere nicht unbeqveme Anmerkungen an Hand reichet; so

wollen

wollen wir uns im Nahmen des HErrn HErrn zu demselben wenden/ und nach dessen Anlaß unsere geliebte Universität vor dißmahl nicht anders ansehen / als

einen wol-gegrabenen Lehr-Brunnen derer Edlen im Volk /

deßen **Quelle** vierfach ist; und zwar vor eins eine Heil. Schrifft-Quelle; Zweytens eine Geistl. Rechts-Quelle; dann Drittens eine heilsame Gesundheits-Quelle; und endlich Vierdtens eine Himmlische Weißheits-Quelle genennet und betitult werden mag. Amen! Hilff ô HErr / HErr / und laß uns alles gelingen / Amen!

Kurtze Text-Abhandlung nebenst angehängtem Schluß-Wunsche.

ANdächtige / JEsus-ergebene Hertzen! Aus was Ursachen ich die allererste Quelle des allhier so wolgegrabenen Lehr-Brunnens derer Edlen im Volk eine H. Schrifft-Quelle benahmset / das darff ich ja wol herholen aus den Worten des abgelesenen Evangelii/ und mich sicher dahin beziehen. Sage derohalben und bezeuge hiermit gantz freymüthig: Darumb findet sich bey allhiesiger Universität eine H. Schrifft-Quelle/ alldieweilen bey uns durch GOttes Gnade die rein- und lautere Lehre Christi nicht versieget noch austrocknet / sondern immerzu fort und fort fließet/ welche nach klarer Beschreibung des heutigen Evangelii nicht

nicht Fleisch und Blut/ sondern der Vater im Himmel geoffenbahret hat. Ja! ja! Das göttliche Gnaden-Brünnlein/das lebhaffte Labe-Brünnlein/das theure Seegens-Brünnlein/hat auch hier Wassers die Fülle. Psal. LXV, 10. Gleichwie das hochwürdige Tauff-Sacrament ein frey-offener Brunnen wider die Sünde und Unreinigkeit genennet wird; Zach. XIII, 1. Also ist die seeligmachende GOttes-Lehre gleicher Benahmung würdig. Wolan! Alle / die ihr durstig seyd/ kommt her zum Wasser/ und die ihr nicht Geld habt/ kommet her/ und kauffet ohne Geld und umbsonst beyde Wein und Milch. Es. LV, 1. Universitäten halten über ihre Freyheit. Sie sind auch/ wann wir es recht betrachten/ nichts anders/ denn Frey-Brunnen / die allen offen stehen/ darauß ein jeder schöpfet/ so viel er will. Bringet er nun einen kleinen Wasser-Krug / so schöpfet er denselben voll: hingegen/ bringet er ein grosses Gefäß/ so schöpfet er dasselbige nicht weniger voll. In Summa / wer viel will / der schöpfet viel; wer wenig will/ der schöpfet/ der bekommet auch wenig. Wannenhero die Beyschrifft dem Obergeheuß eines solchen Brunnens wol angeätzet und angepräget werden mag/ welche in einigen Exemplarien bey dem Johanne, cap. VI, 11. gelesen wird: Qvantum volebant, So viel sie wolten. Unsere Studierenden mögen zwar allezumahl / in Erlernung der geoffenbahrten GOttes-Lehre/ mit Freuden Wasser schöpfen aus dem Heilbrunnen; Nichtsdestoweniger wird nach dem Worte JEsu dem gegeben/ der da hat. So viel will ich sprechen: Es ist derjenige mit dem in dem Evangelio gepriesenen Petro selig/ welcher das feste Prophetische Wort mit ihm hat/ und darauf achtet/ als auf ein Liecht/ das da scheinet in einem tunkeln Ort/ biß der Tag anbreche / und der Morgenstern aufgehe in seinem Hertzen. 2. Petr. I, 19. Innmassen es zu keinem andern Ende geschrieben ist/ als daß wir gläuben/ und durch den Glauben das Leben haben in seinem Nahmen. Joh. XX, ℣. ult. Ich schreite aber umb gesuchter Kürze halber fort / und erläutere aus dem Evangelio nunmehro das/ weßhalben ich die andere Qvelle unseres

Baccalaurei aut Magiſtri, vel Licentiati, vel Doctores, qvin etiam Poëtæ Laureati, pro uniuscujusqve ſcientia & doctrina, creari, & hujusmodi dignitatibus inſigniri, nec non per Biretti vel Corollæ Laureæ impoſitionem, & annuli ac oſculi traditionem, cæterisqve conſvetis ſolennitabus inveſtiri, & ſolita ornamenta atq; inſignia dignitatum prædictarum eis tradi & conferri; qvodq; Poëtæ Laureati, aut Magiſtri, vel Licentiati ſive Doctores, in eadem Academia promoti & promovendi, debeant & poſſint in omnibus locis & terris, qvin & Tribunalibus, Judiciis & Conſiſtoriis Sacri Romani Imperii, libere omnes actus tam ad Judicum & Aſſeſſorum, qvam Profeſſorum officia pertinentes, judicandi, de Jure reſpondendi, legendi, docendi, interpretandi & gloſſandi, facere & exercere, qvos cæteri Judices & Aſſeſſores, Profeſſores, Baccalaurei, Magiſtri, Licentiati & Doctores, nec non Poëtæ Laureati, in aliis ſtudiis privilegiatis promoti & inſigniti, exercent & exercere poſſunt & debent, de jure vel conſvetudine. Præterea recipimus eandem Academiam in Noſtram, & Succeſſorum Noſtrorum Romanorum Imperatorum & Regum, ſingularem Protectionem, Salvam Gvardiam atqve Patrocinium, volumusq; & decernimus per præſentes, qvod Scholaſtici, ac ibidem dignitatem, titulum ſeu gradum aliqvem aſſumentes, gaudeant & potiantur,

 utiq;

utiq; frui et gaudere poſſint ac debeant omnibus & qvibuscunq; gratiis, honoribus, dignitatibus, præeminentiis, immunitatibus, privilegiis, franchiſiis, conceſſionibus, favoribus & indultis, ac aliis qvibuslibet, qvibus Vniverſitas Colonienſis, Viennenſis, Tubingenſis, Friburgenſis, Ingolſtadienſis, Argentinenſis, ac alia ſtudia Privilegiata, nec non Doctores, Licentiati, Magiſtri, Baccalaurei & Scholaſtici in ſupra dictarum facultatum una vel altera iſthic promoti, aut aliqva dignitate ſeu gradu inſigniti, gaudent, utuntur, fruuntur & potiuntur, qvomodo libet, conſvetudine vel de jure; non obſtantibus aliqvibus privilegiis, indultis, prærogativis, gratiis, ſtatutis, ordinationibus, legibus, conſtitutionibus, reformationibus, exemptionibus, aut aliis qvibuscunq; in contrarium facientibus. Qvibus omnibus & ſingulis ex certa Noſtra ſcientia, animo bene deliberato, et motu proprio, per hoc Diploma Noſtrum derogamus, et derogatum eſſe volumus, benigne confidentes, ſupra dictum SENATVM NORIMBERGENSEM, pro ſolita prudentia et integritate ſua, ſerio proviſurum, qvin etiam tum in publicatione hujus Noſtri Diplomatis Imperialis, tum aliàs apud Profeſſores, Scholaſticos, & ubicunqve neceſſum fuerit, diſtricte inhibiturum, ne qvid ſcandaloſum vel bonis moribus contrarium, aut Sacri Romani Imperii conſtitutionibus adverſum,

ſive

ſive per Profeſſores ſive Studioſos, ibidem doceatur vel ſcribatur, aut doceri, ſcribi, in lectionibus vel disputationibus publicis proponi, aut ſcripto vel libris ſive clam ſive palam vulgari permittatur. Nulli ergo hominum, cujuscunqve ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ fuerit, liceat hanc Noſtræ confirmationis, erectionis, indulti, conceſſionis, Salvæ Gvardiæ & Privilegii, gratiam vel facultatem infringere, aut ei, qvovis auſu temerario contraire, ſeu illam qvovis modo violare. Si qvis autem id attentare præſumſerit, Noſtram & Imperii Sacri indignationem graviſſimam, & pœnam centum Marcarum auri puri, toties, qvoties contra factum fuerit, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum, qvarum ſemiſſem Fiſco ſeu Ærario Noſtro Imperiali, reliqvum vero ſupra nominatis Magiſtris Civium & Senatoribus Civitatis Norimbergenſis decernimus applicandum. Harum teſtimonio literarum, manu Noſtra ſubſcriptarum, & Sigilli Noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in Civitate Noſtra Viennæ, die tertia menſis Octobris, anno Domini milleſimo, ſexcenteſimo, vigeſimo ſecundo, Regnorum Noſtrorum Romani qvarto, Hungarici qvinto, Bohemici vero ſexto.

NOS itaqve maturo desuper habito consilio & deliberatione, precibus ejusmodi per sese honestis & æqvis benigne deferendum, & attenta singulari ejusdem CIVITATIS NORIMBERGENSIS fide, devotione atq; observantia, qvam erga Nos Sacrumqve Romanum Imperium profitetur, nec non clementissime consideratis insignibus meritis & servitiis, qvæ cum Nostris in Imperiali fastigio Antecessoribus, tum Nobis qvoqve, Sacro Romano Imperio, & Archi-Ducali Domui Nostræ, maxime difficillimis hisce & turbulentis temporibus, adversus Christiani nominis & Sacri Romani Imperii hostes, indefessa opera & intemerata fide, dicti Consules & Senatores præstiterunt, & adhuc laudabiliter præstant, liberalitatem Nostram Cæsaream, ad illustriorem Academiæ huic Altorffinæ splendorem & dignitatem conciliandam, eò libentius extendendam duximus, qvod haud incognitum Nobis sit, qvam laudabili studio dicti Consules & Senatores Norimbergenses operam hactenus dederint, nullisq; sumtibus pepercerint, qvo Academiam hanc Doctoribus, Professoribusq; integritate famæ, doctrinæ claritudine, & morum honestate maxime conspicuis semper ornarent; qvorum laudabili & indefessa opera effectum etiam est, qvod ex publico hoc & celebri studiorum mercatu, tot præclari & singulari eruditione præditi viri prodierint, qvi publicis muneri-

neri-

neribus tam in Sacro Romano Imperio, qvàm passim apud exteros adhibiti, de publica salute insigniter olim sunt meriti, & hodienum magna cum laude merentur. Ac proinde ex certa scientia Cæsareæq; potestatis Nostræ plenitudine, ante dictum Studium Vniversale Altorffinum, privilegiaq; à DIVIS IMPERATORIBVS RVDOLPHO II & FERDINANDO II eidem concessa, non solum omni meliori modo, via & forma, approbamus, ratificamus & corroboramus, sed & novo Imperiali beneficio ita augemus atqve extendimus, ut dicta Vniversitas, cum omnibus in ea comprehensis Professoribus, Doctoribus, Scholaribus, adeoqve universa pube literis ibidem operam navante, aliisqve ad eam pertinentibus personis, æqvo per omnia jure censeatur, pari dignitate æstimetur, omnibusqve immunitatibus, privilegiis, libertatibus, honoribus, franchisiis, sicut aliæ per Romanum Imperium Vniversitates, earumqve membra, utatur, fruatur, potiatur & gaudeat. Volentes & eadem auctoritate Nostra Cæsarea decernentes, qvod Professores & personæ idoneæ, per memoratum SENATVM NORIMBERGENSEM, illiusve ad hoc delegatos, deputandæ, possint & valeant in prædicta Vniversitate in omnibus Facultatibus profiteri, & lectiones, disputationes atqve repetitiones publicas facere, conclusiones palam dis-

cutiendas proponere, interpretari, glossare & dilucidare, omnesqve actus scholasticos exercere, eo modo, ritu & ordine, qvi in cæteris Vniversitatibus observari solet. Porro cum ipsa studia eo feliciori gradu procedant & majus sumant incrementum, si ingeniis & disciplinis ipsis suus honos seu dignitatis gradus statuatur, & emeriti aliqvando digna laborum suorum præmia conseqvantur, statuimus & ordinamus, ut per Collegia Doctorum seu Professorum in qvalibet Facultate electis ad id idoneis & præ cæteris excellentioribus, si qvi ad sumendam palmam certaminis idonei judicati fuerint, eamqve modeste & convenientibus locis petierint, nec non juxta statuta Scholarchis, vel qvibus aliis Senatus hoc munus demandabit, per aliqvos graves & honestos viros præsentari se fecerint, possint, adhibitis prius per ipsos Doctores & Professores, pro more & consvetudine, solennitatibus & ritu in cæteris Vniversitatibus observari solitis, institutoq; in timore Dei rigoroso & diligenti examine (in qvo conscientias ipsorum Professorum onerari volumus) eos, qvi se examini submiserint, postqvam Candidati apti, idonei & sufficientes, reperti ac judicati fuerint, *Baccalaurei*, *Magistri*, *Poëtæ Laureati*, *Licentiati & Doctores*, *pro modo uniuscujusq; Scientiæ & Doctrinæ creari*, *& hujusmodi dignitatibus* IN QVALIBET FACVLTATE

in-

insigniri, nec non per Biretti vel Corollæ Laureæ impositionem, & annuli ac osculi traditionem, cæterisq; consvetis solennitatibus investiri, & solita ornamenta atqve insignia dignitatum prædictarum eis tradi ac conferri: Qvodq; Baccalaurei, Poëtæ Laureati, aut Magistri, vel Licentiati vel Doctores, in eadem Academia in qvalibet Facultate promoti & promovendi, debeant & possint in omnibus locis & terris, qvin & Consistoriis, Tribunalibus & Judiciis Sacri Romani Imperii, & ubiq; terrarum & locorum, libere omnes actus Professorum legendi, docendi, interpretandi & glossandi facere & exercere, qvos cæteri Professores, Baccalaurei, Magistri, Licentiati & Doctores, in aliis Studiis privilegiatis promoti & insigniti, exercent & exercere possunt & debent, de jure vel consvetudine. Præterea recipimus eandem Vniversitatem IN NOSTRAM ET SVCCESSORVM NOSTRORVM ROMANORVM IMPERATORVM ET REGVM singularem Protectionem, Salvam Gvardiam atqve Patrocinium, volumusq; & decernimus per præsentes, ut dicta Vniversitas, ejusdemq; Doctores & Professores, qviq; apud eos titulum seu gradum aliqvem assumunt, gaudeant & potiantur, uti, frui, gaudere & potiri possint & debeant omnibus & qvibuscunq; gratiis, honoribus, dignitatibus, præeminentiis, immuni-

munitatibus, privilegiis, franchiſiis, conceſſionibus, favoribus & indultis, ac aliis qvibuslibet, qvibus Vniverſitas Colonienſis, Viennenſis, Heidelbergenſis, Ingolſtadienſis, Friburgenſis, Roſtochienſis, Julia Helmeſtadienſis, Argentoratenſis, Kilonienſis, Hallenſis, ac alia ſtudia privilegiata, & Doctores, Licentiati, Magiſtri, Poëtæ Laureati, Baccalaurei & Scholaſtici, in una vel altera Facultate iſthic promoti, aut aliqva dignitate ſeu gradu inſigniti, gaudent, utuntur, fruuntur & potiuntur, qvomodo libet conſvetudine vel de jure; non obſtantibus aliis privilegiis, indultis, prærogativis, gratiis, ſtatutis, ordinationibus, legibus, conſtitutionibus, reformationibus, exemtionibus, aut aliis qvibuscunq; in contrarium facientibus. Qvibus omnibus & ſingulis ex certa Noſtra ſcientia, animo bene deliberato, & motu proprio derogamus, & derogatum eſſe volumus, benigne confidentes, ſupra dictum SENATVM NORIMBERGENSEM, pro ſolita prudentia & integritate ſua, ſerio proviſurum, qvin etiam tum in publicatione hujus Noſtri Diplomatis Imperialis, tum alias apud Profeſſores, Scholaſticos, & ubicunq; neceſſum fuerit, diſtricte inhibiturum, ne qvid ſcandaloſum, vel bonis moribus contrarium, aut Sacri Romani Imperii conſtitutionibus adverſum, ſive per Profeſſores ſive Studioſos ibidem doceatur, vel ſcribatur, aut doceri, ſcribi, in

lectio-

lectionibus vel disputationibus publicis proponi, aut ſcripto vel libris, ſive clam ſive palam, vulgari permittatur. Concedimus inſuper & elargimur benignam facultatem ac poteſtatem, ut Doctores & Profeſſores in Vniverſitate Altorffina exiſtentes, ad exemplum reliqvarum Academiarum, prævio tamen conſenſu & permiſſu SENATVS NORIMBERGENSIS, ſtatuta condere, ordinationes facere, nec non Rectorem ac Pro-Rectorem (Cancellarii tamen & Pro-Cancellarii dignitate ipſi Senatui reſervata) Decanos, aliosqve Officiales, tempore ac more hactenus uſitato, creare & facere poſſint ac valeant.

NVLLI ERGO omnino hominum, cujuscunqve ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, aut præeminentiæ fuerit, liceat hanc Noſtræ conceſſionis, erectionis, confirmationis, indulti, protectionis & ſalvæ Gvardiæ & Privilegii, gratiam vel facultatem infringere, aut ei qvovis auſu temerario contraire, ſeu illam qvovis modo violare: Si qvis autem id attentare præſumſerit, Noſtram & Sacri Imperii indignationem graviſſimam, atqve pœnam *centum marcarum auri puri*, toties qvoties contra factum fuerit, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum, qvarum dimidiam Imperiali Fiſco, ſeu Ærario Noſtro, reliqvam verò partem ſupra nominato Senatui Norimbergenſi, ejusqve Succeſ-

ſoribus, decernimus applicandam. HARUM teſti-
monio literarum manu Noſtra ſubſcriptarum, & Si-
gilli Noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Quæ
dabantur in Civitate Noſtra Viennæ, die decima
menſis Decembris, anno Domini milleſimo ſexcen-
teſimo nonageſimo ſexto, Regnorum Noſtrorum
Romani trigeſimo nono, Hungarici qvadrageſimo
ſecundo, Bohemici vero qvadrageſimo primo.

LEOPOLDVS.

V[t]. Sebaſtianus Wunibaldus
Comes a Zeyhl.

Ad mandatum Sac. Cæſ. Majeſtatis proprium

Lutzo Dolberg. mpr.

Forts

Fortsetzung der Rede Herrn D. Scheurls:

DEr kurze Innhalt gegenwärtig-abgelesenen ansehnlichen Befreyung- und Gnaden-Briefs/ ist dieser: Daß nemlich dermahlig/ GOtt gebe lang! glücklich- und sieghafft-gesegnete **Keyserl. auch zu Hungarn und Böheim Königl. Majestät LEOPOLDUS der Große/ Unser Allergnädigster Keyser und Herr Herr/** jederman offenbahr zu ewigen Gedächtniß kund machen läßt/ daß Se. Majestät/ so bald Sie durch GOttes Güte den allerhöchsten Gipffel der Keyserl. Hoheit und Würde erstiegen/ Dero Sorg und Gedanken dahin gerichtet hätten/ wie nicht allein Fried und Ruhe beständig bey Dero Reichs-Unterthanen erhalten/ sondern auch gute Künst und Wissenschafften befördert und fortgeflanzet werden mögten/ als durch welche/ beede Geistlich- und Weltliche Regimenter zu Kriegs- und Friedens-Zeiten ihr Wolseyn und Wachsthum überkommen/ wie es die Erfahrenheit bezeuget/ ein solches auch von Dero Herren Vorfordern am Reich höchstlöbl. Gedächtniß/ in Stifft- und Aufrichtung/ auch sonderlicher Begnadigung unterschiedlicher Gymnasiorum und Academiarum im Reich zu Werk gerichtet worden/ damit Dero Unterthanen zu allerhand Bedienungen und Aembtern in Civil- und Militar-Sachen desto sicherer gezogen/ und Ihnen anvertraut werden mögen; Mit fernerm Erzehlen/ wie Löbl. Stadt Nürnberg/ als Ihro und des Röm. Reichs Liebe und Getreue/ Burgermeistere und Rath daselbsten/ mit mehrern allerunterthänigst vorstellen lassen/ daß auch ihre liebe Vorfahren der blühend- und studirenden Jugend zum Besten/ in diesem ihren Städtlein Altdorf/ vor einem Jahrhundert/ und was darüber/ ein Gymnasium publicum und hohe Schul hätten erbauen und öffnen/ solches hernach durch Keyserl. Keyserl. Majest. Majest. RUDOLPHI II und FERDINANDI II höchstseel. Gedächtniß/ Begnadigung/ zu einer Academie und Universi-

versität aufrichten lassen / (deren tenor und Begriff dann von Wort zu Wort einverleibet worden ist / und selbe zu wiederholen vor überflüßig erachtet wird) mit allerunterthänigster Bitte / daß auch Allerhöchstgedachte jetzt-regierende **Majestät** diese Vniversität durch sonderbahre Keyserl. Clemenz und Authorität gnädiglich erleuchten / Dero Privilegien bestättigen / und mit neuen Beneficien vermehren und versehen wolte. Sothanen an und vor sich selbsten ziemlichen und billichen Begehren / hätte Se. Majestät / nach reifen hierüber gepflogenen Rath / in Ansehung der sonderbaren Treu / Devotion und Gehorsam / so mehrgedachte Stadt Nürnberg gegen Se. Majestät und das Röm. Reich bezeiget / auch in gnädigster Betrachtung der mehrmaligen ansehnlichen Dienste / so die Stadt Nürnberg so wol denen vorigen Röm. Keysern / als auch der jetzt-regierenden **Keyserl. Majestät** und dem **Heil. Röm. Reich** / in specie auch dem **Höchstlöbl. Erz-Herzogl. Hauß Oesterreich** / sonderlich bey diesen schweren und betrübten Zeiten / wider den Erb-Feind Christlichen Namens / den Türken / als auch den allgemeinen Reichs-Feind / mit unerspahrter Mühe und beständiger Treu bißhero geleistet haben / noch ferner thun werden / und dato wirklich thun / Dero Keyserl. Liberalität / zu mehreren Splendor und Dignität dieser Altdorfischen Vniversität / desto eher und lieber zu vermehren und zu extendiren getrachtet: Indeme Deroselben nicht unbekannt / mit was rühmlichen Eyfer und vielen aufwendenden Unkosten Löbl. gedachte Stadt bemühet gewesen / jetzt-erwehnte Vniversität Altdorf / mit tapffern / gelehrten und ansehnlichen Professorn und Doctorn zu versehen / dahero es auch geschehen / daß aus diesen sehr berühmten Ort so viel gelehrte und geschickte Männer entstanden / welche dem gemeinen Wesen / so wol inn- als ausser dem Röm. Reich / in allen Ständen auf allerley Weiß und Bedienungen / an die Hand gegangen und behülfflich gewesen: Dahero dann mit gutem Wissen und aus Keyserl. Macht / offt schon gedachte der Vniversität Altdorf zuerkannte Freyheiten RVDOLPHI II

und

und FERDINANDI II glorwürdigsten Andenkens/ nicht allein in der allerbesten Form/ Art und Weiß/ approbirt/ ratificirt und corroborirt/sondern auch mit neuer Keyserl. Gnad und Freyheit vermehret und vergrössert werden. Und zwar daß 1.) diese Vniversität Altdorf mit allen ihren Anverwandten/alle die jenige Immunitäten/ Freyheiten/ Libertäten und Ehren geniessen solle/ wie andere des Röm. Reichs-Vniversitäten und Dero Glieder geniessen; daß 2.) die jenige Professores und Doctores, so mehr Löbl. gedachter Rath der Stadt Nürnberg nach Altdorf verordnet/ in allen Facultäten publice lesen/ disputiren und alle Actus exerciren können und mögen / auf solche Art/ Gewonheit und Weiß / wie bey andern Vniversitäten pflegt observirt zu werden. Daß ferner und 3.) weiln billich ist / daß die / so ihre Studia und Labores Academicos wohl und nutzlich fortgesetzet/ und angewendet/ auch gebührende Præmia & Honores durch allerhand Facultatum Professores & Doctores erlangten; dahero auch denen jenigen / so es geziemend begehren und darum gebührend sich anmelden / nach ausgestandener Prob/ und Examine diligenti & rigoroso, tüchtig/ geschickt und fähig erfunden würden/ die höchste Ehr / und / welches das vornehmste ist / IN OMNIBUS FACULTATIBUS, mögten zugeeignet / und selbe zu Baccalaureos, Magistros, Poëtas Laureatos, Doctores, insignirt / und mit allerhand üblichen Solennitäten offentlich investirt werden. Dann wie es in vorigem Privilegio Ferdinandeo secunda vice geheissen: In Medicinæ & Jurisprudentiæ Facultate, & p. p. In supra dictis Facultatibus, mithin auf diese beederley Medicæ nimirum & Juridicæ Facultatis, Doctores allein limitiret und restringirt worden: also hingegen es nun iterata vice in diesem/ IN OMNIBUS FACULTATIBUS, und IN QUALIBET FACULTATE, largissime & universaliter, heisset 2c. Daß 4.) sothane Baccalaurei, Magistri, Poëtæ Laureati, Licentiati atq; Doctores, so in allen Facultäten allhier promovirt worden seynd/ und noch werden/ in allen Orten / ja auch in Geistlichen Consistoriis und Weltlichen Gerichten des Heil.

Röm. Reichs und allenthalben / frey / ohne Anstoß und Hinderung / alle Actus und Verrichtungen / welches andere Professores, Baccalaurei, Magistri, Licentiati & Doctores in andern Privilegirten Orten / von Recht und Gewonheit wegen / thun und exerciren / auch thun und exerciren mögen. 5.) Wird auch diese Vniversität nochmaln in den sonderbahren allergnädigsten Schutz und Schirm / so wol von jetzt regierend- als künfftig regierenden Römischen Kaysern und Königen an- und aufgenommen; Uberdas wird 6.) geordnet und gesetzet / daß diese Altdorfische Vniversität / deren Professores & Doctores, und alle die jenige so einigen Titulum & Gradum annehmen und erlangen / eben derer Freyheiten und Immunitäten geniessen sollen / als die / so auf andern Vniversitäten / als Cöln / Wien / Heidelberg / Helmstätt / Straßburg / Kiel und Hall / promovirt und einige Dignität erlanget haben / geniessen mögen; mit Cassir- und Annullirung allem Widrigen. In allergnädigsten Vertrauen / es werde 7.) mehrgedachter Nürnbergischer Magistrat, nach dessen bekannten Prudenz und aufrichtiger Treue / die ernstliche Vorsehung thun / daß bey Publicirung dieses Kayserlichen Diplomatis, und auch sonsten bey denen Professoribus und Studiosis, oder wo es sonsten nöthig seyn möchte / nachdrücklich inhibirt und verbotten werde / daß nichts scandaloses oder ärgerliches / oder bonis moribus, der Erbarkeit und guten Sitten / zu wider ist / weder gelehrt / oder geschrieben / auch in denen Lectionibus publicis & Disputationibus, nicht proponirt / noch in Schrifften und Büchern / weder heimlich und öffentlich gebracht werden solle. Endlichen wird 8.) dieser Vniversität Macht und Gewalt gegeben / daß Sie nach dem Exempel anderer Vniversitäten / doch mit Vorwissen und Einwilligung offterwehnten Magistrat der Stadt Nürnberg / Gesetz und Ordnungen / wie auch Rectorem & Pro-Rectorem (mit Vorbehaltniß / daß wohlgedachter Rath einen Pro-Cancellarium oder Cancellarium stellen möge /) wie auch Decanos und andere Officiales, wie es bißhero herkommen / machen und creiren mögen und können. Schließlichen wird allen denen

denen jenigen/ so dieser Kayserlicher Begnadigung/ auf welche Weiß es seyn oder geschehen möge/ freventlich entgegen handlen würden/ die Kayserliche höchste Ungnad/ und eine empfindliche Straff von 100. Mark löthigen Golds / ohnnachlässig angekündet. Endlichen ist dieses Privilegium durch dero Kayserliche Majestät geheiligten Hand autorisiret / und mit dero Kayserlichen größern Innsiegel bekräfftiget; auch von des Herrn Gravens von Zeyl/ als des Reichs Vice-Canzlers Hoch-Grävlichen Excellenz bezeuget/ und von dem Kayserlichen Secretario Herrn Lutzo von Dolberg unterschrieben worden.

Aus welchen allen dann nun zu ersehen/ wie hoch diese Begnadigung und Freyheit zu halten: Wie sehr sich darüber zu erfreuen/ daß das höchste Haubt der Christenheit der Römische Kayser/nicht allein der löblichen Stadt Nürnberg/sondern auch dieser Vniversität/ und mithin diesem geringen Ort/noch stetig in so Kayserlichen Gnaden gewogen ist/ Gnad auf Gnade häuffet/ und so ungemeines Lob und Ruhm denenselben darinnen allergnädigst zuleget. Dann ist es nicht ein sonderbahres Lob/so der guten Stadt Nürnberg und unserer lieben hohen Obrigkeit/ in solchem Privilegio gegeben wird/daß Sie und dero werthe Antecessores und Vorfahren keine Unkosten erspahret/ und anfänglich ein Gymnasium alhier in Altdorf aufbauen und anrichten / hernach solches in eine hohe Schul verändern/ und mit Præceptoribus und Professoribus versehen lassen? Ist es nicht Ruhmwürdig/ daß/ nachdeme solche hohe Schul zur Vniversität mit Kayserlicher Verwilligung erhöhet/ selbige sofort mit so tapfern und gelährten Leuthen versehen / und also auch mit behörigen Bestallungen versorget worden? Wird nicht der Eifer/ die Liebe/ die Treu/ die Observanz, so gegen die Römische Kayser und Könige / wie auch gegen das höchstlöbliche Erz-Herzogliche Hauß Oesterreich/ die Stadt jederzeit erwiesen/ gelobet? Wird nicht mit Ruhm gedacht/ daß auch bey diesen schlechten und betrübten Zeiten die Stadt Nürnberg/ nach allen Kräfften dem Römischen Reich beygestanden / und bey denen entstandenen

zweyen

zweyen grundverderblichen Kriegen / gegen Orient und Occident, das Ihrige redlich darzu aufgeopffert ? und wie jenesmal obangezogener Herr D. Oelhafen auch an diesem Ort gesprochen; Inter bellorum fluctus, tam internos quam externos, nihilominus tamen Musarum Cithara, die obberührte Academische Laute / hic sonat: (und in omnibus Facultatibus nunc resonat!) Ist nicht ruhm-würdig / daß Kayserliche Majestät motu proprio und aus aigener Bewegniß / diese Gnad zugesaget und bestättiget ? Dienet es nicht zu sonderbahren Ruhm / daß / da man hiebevor um die Macht in Facultate Theologica Doctores zu creiren / so sehnlich und inständig angehalten / und doch nicht erhalten können / nun nicht ohne sonderm Ruhm der Jenigen / so darzu geholfen / plena manu & motu proprio erhalten haben ? So gereichet auch zu nicht geringern Ruhm hiesiger Vniversität und dero vier Facultäten / daß Ihro Majestät bezeuget / daß dieselbe bißhero mit Doctoribus & Professoribus, integritate famæ, doctrinæ claritudine, & morum honestate maximè Conspicuis allezeit sey orniret und gezieret gewesen: addens, Quorum Doctorum & Professorum laudabili & indefessa opera effectum est, qvod ex publico hoc & celebri Studiorum mercatu, tot præclari & singulari eruditione præditi Viri prodierint, qvi publicis muneribus tam in Sacro Romano Imperio, quàm passim apud exteros, adhibiti de publica salute insigniter olim sunt meriti, & hodienum magna cum laude merentur? Ist nicht auch dieses ruhmwürdig / daß Kayserliche Majestät zu hiesiger Vniversität / wie zu allen / also auch zu der Theologischen Facultät das allergnädigste Vertrauen setzet / es werde bey deroselben nichts denen Reichs-Constitutionibus zu wider gelehret / geschrieben und in offentlichen Druck gegeben werden? Und was sothanen Ruhm erneuret und vermehret / ist dieses / daß Allerhöchstgedachte Kayserliche Majestät gleicher Gestalt / wie allen / also auch der Theologischen Facultät / auf ihr Gewissen und Verantwortung gibt / daß Sie / in timore Domini, nach ausgestan=

standenen Examinibus, nur tüchtigen und solchen Candidatis, qui apti, idonei & sufficientes reperti & judicati fuerint, die Supremos honores deferiren und zuaignen mögen? Nicht weniger ist endlich ruhmwürdig / daß Sie in Keyserlichen allergnädigsten Special-Schutz und Schirm genommen / und denen contravenienten mit Keyserlicher Ungnad getrohet / und ihnen eine so nahmhaffte Summ von 100 Mark löthigen Golds / oder 7200 Goldgulden / und jetzigem Valor nach / von 21600 Gulden in Münz zur Straff andictirt wird? So dienet es auch zugleich hiesiger lieben Stadt Altdorf / und ihrer Burgerschafft / zu einem Ruhm / daß aus diesem ehemalen obscuren und wenig bekannten Ort / so viel herrliche und vornehme Leute / tanquam ex Equo Trojano, in allen Ständen hervorgekommen seynd / wordurch dann ihr Ruhm vergrössert / und ihre der studirenden Jugend / denen Herrn Professoribus, und andern Vniversitäts-Verwandten erzeigte Lieb / Höfflichkeit / Freund- und Nachbarschafft / auch andern Orten gepriesen / mithin ihr privat-Nutz und Nahrung promovirt und gebessert wird? Billich demnach und höchst-nöthig / daß dieser Ruhm-Fluß mit demüthigstem Dank zuruck fliesse; und denselben / wie hiesige liebe Burgerschafft und löbliche Vniversität / gegen ihre Obrigkeit und Herren / diese und jene aber / sowohl gegen Ihro Keyserliche Majestät / der Brunnquell dieser beneficiorum, als auch zuvörderst gegen dem grossen GOtt / als der Uhrquell alles guten / in unterthänig- und allerunterthänigster Devotion und Submission abstatte. Welches / wie es bißhero von einem jeden an seinem Ort geschehen seyn / oder noch wird; also lasse ich es auch billich darbey bewenden.

EJUSDEM

Traditio Novorum Privilegiorum & Insignium.

SO ist es dann nunmehr an deme / daß das jenige / was von einem Hoch-Edlen und Hochweisen Rath des H. Römi-

schen

schen Reichs-Stadt Nürnberg / meinen großgünstig gebietenden Herren / ich specialiter befelcht worden bin / in schuldigster Observanz und Gehorsam vollziehe und exequire: Wende demnach im Namen jetzt Hoch-Edelgedachten Raths mich zu Euch / Magnifice, Perstrenue Domine Christophore Peller, JCte Famigeratissime, Diversorum Statuum Imperii, ut & Reipublicæ Patriæ, Consiliarie gravissime, Pro-Cancellarie hujus Academiæ dignissime, Collega Amicissime, nec non quondam ante octo scilicet lustra, & quod excurrit, in hoc Athenæo (sed & hoc meminisse juvabit!) Commensalis Suavissime, und übergebe / invocato prius Nomine Divino, DEI Patris, DEI Filii & DEI Spiritus Sancti, SS. indivisibilis Triados, das Keyserliche allergnädigst ertheilte / nun offentlich verlesene / bona fide recognoscirte / Neue unversehrte und vermehrte Privilegium LEOPOLDINUM, de manu in manum, mit angehängter Bitte / solches sonder Beschwerde der Herren Scholarcharum Hoch-Edlen Herrlichkeiten fideliter einzuhändigen / als welchen hierdurch die Autorität / krafft ihres ohne dem tragenden Amts / gegeben wird / nomine der Römischen Keyserlichen Majestät / & quo supra, denen jetzigen und künfftigen Herrn Decanis & Promotoribus Facultatis Theologicæ Gewalt und Vollmacht aufzutragen / die jenige / so in dicta Facultate in denen Tentaminibus & Examinibus wol bestanden / und tüchtig erfunden worden seynd / mit denen üblichen Solennien in Doctores SS. Theologiæ zu creiren / und renuntiiren / wie bißhero in denen übrigen Facultatibus, Juridica, Medica & Philosophica, als deren Privilegia zugleich nochmaln confirmirt worden seynd / geschehen ist. Hiernechst so übergebe auch die zu dieser Theologischen Facultät gehörige neue Matriculam, darein die künfftige Promovendi & Candidati (deren / pro bono omine, in wenig Tagen oder Stunden / zu glücklichen Anfang ein und anderer einverleibet werden wird:) geschrieben / und daraus ihrer ordentlich und publice

ge-

geschehene Promotiones erwiesen / und dessen unverwerffliche Authentische Zeugschafft hergeholet werden können und mögen. Der auf diese neue Matricul gelegte Doctors-Hut / soll und mag künfftig denen promovendis aufgesetzet / und dieselbe dardurch also geziert in Consortium & Commercium der Theologischen Facultät an- und aufgenommen werden. Und damit dem heutigen Solennen Fest- und Extra-ordinari-Freudentag / an Bezeugung innerlicher Zufriedenheit / einiger Mangel nicht erscheine / als lässt ein Hoch-Edler Rath der Stadt Nürnberg / hiermit auch öffentlich Ferias repentinas verkündigen / dergestalt / daß die jenige / so wirklich / jedoch sine infamia, relegirt worden / oder die Relegationem bißhero verdienet / hiemit absolvirt, ledig und frey gesprochen / und in integrum restituirt werden sollen ; in guter Zuversicht / daß sie sich ins künfftige bessern / und ohnstraffbar aufführen werden.

Und hiemit habe das jenige / was aus Ober-Herrlicher Güte mir anvertrauet und anbefohlen worden / wiewol mit schlechter Zierde (dann ich lieber meine Schwachheit an öffentlichen Tag legen / als ungehorsam und widerwillig mich aufführen und bezeigen wollen :) verrichtet. Es wird mir aber / ehe ich endige / nicht übel genommen / noch / als ob ich fines Mandati überschreite / gedeutet werden / wann ich das jenige / doch sub Spe rati & grati, noch beyfüge / worzu mich meine Schuldigkeit ohnabtreiblich veranlasset ; Und ist dieses / daß Generoso Ordini Dominorum Scholarcharum von Herzen Glück wünsche / daß unter dero Auspicio , dieses hoch desiderirte Werk / GOtt Lob! zu einen solchen Ende gediehen / daß dero Hoch-Edle Herrlichkeiten die Stund und Zeit erlebet haben / diese weitberühmte und Ihnen anvertraute Universität in ihrem vollkommenen Flor zu sehen ; worzu ich ferner alles beständiges hohes Aufnehmen / von oben herab / apprecire / sonderbahr / da die Ehre und Gelegenheit habe / Euer Hoch-Edlen Herrlichkeiten / Herrn Carl Gottlieb Harßdörffern /

 und

und Herrn Carl Sigmund Grundherrn / de delato Proto- & Scholarchæ Officio, hier öffentlich zu gratuliren. Woraus die Eingangs gedachte Emblemata und Sinnbilder hergenommen / wird / Hoch-Edelgebohrner Herr Harßdörffer / dero Herrlichkeiten nicht un- ja mehr als zu wol bekannt seyn. Gewiß! der Apffel fällt nicht weit vom Stamm! Und hat wol eingetroffen: Fortes creantur Fortibus & Bonis; est in juvencis, est in equis Patrum Virtus, nec imbellem progenerant Aquilæ Generosæ columbam. Hat dero Lobseeliger Herr Vatter seine Freud und Ergötzung an berühmten und gelehrten Männern gehabt / und so lang GOtt deroselben das Leben gefristet / Kunst und Geschicklichkeit stetig geliebet? Der Herr Sohn ingleichen! Haben die Gelehrten den Herrn Vatter geehret und geliebet? Hier antwortet vor mich diese ganze Vniversität / welche mit allen Facultäten dero Herrlichkeit ehret / veneriret / liebet und respectiret? Hat der Herr Vatter die Ehre gehabt / die Rathstuben mit sonderbahrem Ruhm in Nürnberg zubetretten? Der Herr Sohn auch / und ist noch mehr und höher gestiegen / ja er ist eine Grund-Seule des Nürnbergischen Staats worden! Ein fester und sicherer Thurn bey deme alle Verwittibte und Waisen ihren Trost / die Gelehrten ihren Aufenthalt / und diese werthe Vniversität ihre meiste Zuflucht und Schutz / suchen und finden? GOtt stärke / GOtt erhalte / GOtt befestige diesen Thurn / und lasse Ihn von keinen widrigen Winden bestürmet / noch von einigen feindlichen Anfällen gefähret / weniger gefället / sondern in Friede / in Ruhe / in Sicherheit immer stärker gemachet werden: Er erhalte auch die übrige Herren Collegas im Segen / und lasse Sie wachsen / wie die Cedern-Bäume und Holz auf den Libanon; ja er strecke seinen Schuh aus / über alle Ubelgesinnte / wie dorten von Edom stehet / im 60. Psal. v. 10. und zutrette der Bösen Anschläge / durch seine Krafft zu Boden; als erwehnte Red-art das Weimarische Bibelwerk nimmt / und ausdeutet: Er lasse den einmal

mal gelegten und nun von neuen corroborirten Grund / bey dieser Vniversität / und bey allen Nürnbergischen Kirchen und Schulen / unverruckt stehen / Er gebe Ihnen standhafft Löwen-muthige Sinnen / und Cröne Sie einsten / als die Gesegnete des HErrn mit Ruhm und Ehre. Ja! Er erhalte Sie alle Auf- und Winkel-Recht / in beständiger Einigkeit / und lasse ihren Ruhm-Schall und Lob-Hall je mehr und mehr herrlicher und grösser werden: Halleluja.

Endlichen kehre / Magnifice Domine Rector, und übrige Herren Decani & Professores, ich mich zu Denenselben/ gratulire gleichfalls inniglich / daß es nunmehro dahin kommen/ daß dero werthe Vniversität / ihr Final- und Endzweck erreicht / und zu einer omnibus numeris absoluten Academie worden ist / und nun auch Doctores SS. Theologiæ creiren kan. GOttes Aug hat bißhero über Sie gewachet / Sie beschützet / und Ihr/ zumahlen dieser letztgedachten Facultät / anheut alles gutes zugewendet: die Sonne der Gerechtigkeit / hat durch ihre Gnaden-Strahlen Sie erleuchtet und erwärmet: Nun der wolle noch ferner die Sonne immer bey Ihr auf- und nimmer untergehen/ sondern beständig über Sie scheinen lassen/ Sie allezeit im Liecht und Recht erhalten / daß keine Nacht und Finsterniß Sie bedecke/ biß sie endlich dahin komme/ da keine Sonne / sondern lauter Tag / Liecht und Klarheit seyn wird / da man keiner Leuchten / noch des Liechts der Sonnen / mehr bedürfftig seyn wird / und die Tage ein Ende haben werden; ja! Er wolle/ durch die heilsame Lehre der Herrn Theologorum, der studirenden Jugend den rechten Weg zeigen / den sie wandeln sollen / er wolle sie mit seinen Augen leiten / und vor allen leib- und geistlichen Ubel/ Lang/ Lang/ Lang/ bewahren! Hosianna! Hilff uns GOtt unser Heyland / daß wir deinen heiligen Nahmen danken und dir lobsingen. Gelobet sey der HErr/ der GOtt Israel / von Ewigkeit zu Ewigkeit / und alles Volk sage Amen / und lobe den HErrn. Hoschienu! Ich schließe aus

 dem

dem Lobgesang Beatorum Ambrosii & Augustini: Te DEUM laudamus, Te Dominum confitemur: Salvum fac Populum tuum Domine, & benedic hereditati tuæ, & rege eos, & extolle illos, usque in æternum!

HErr GOTT dich loben wir/
HErr GOTT wir danken dir/
Hilff deinem Volk HErr JEsu Christ/
Und segne was dein Erbtheil ist/
Wart und pfleg ihr zu aller Zeit/
Und hebe/ Unsern Allergnädigsten Keyser/
LEOPOLDVM MAGNVM,
Unsere Hochwerthe Stadt Nürnberg/
Unsere liebe Vniversität Altdorf in corpore,
Und absonderlich die Hoch-Ehrwürdige Theologische Facultät darinnen/
Ja! diese Stadt und ganze Nürnbergische Landschafft/
Erheb sie hoch/ hoch/ hoch in Ewigkeit!
Heilig ist unser GOTT/
Heilig ist unser GOTT/
Heilig ist unser GOTT/
der HErre Zebaoth!

ACCEPTATIO
(Tit.) Herrn D. Christof Wellers/ Magnifici Universitatis Procancellarii.

Eines Hoch-Edlen Hochweisen Raths Löbl. des Heil. Röm. Reichs Stadt Nürnberg zu gegenwärtiger Verrichtung Ansehnlicher Herr Abgeordneter!

Hoch-Edelgeborner und Hochgelehrter/ Insonders Hochgeehrter Herr!



Aß Einem Hoch-Edlen Hochweisen Rath / unsern Gebietenden Großgünstigen Herren gefallen/ auf guten reifen Vorbedacht/ den freudigen Entschluß zu fassen/ heute bey dieser so Volkreichen und vortrefflichen Zusammenkunfft männiglichen feyerlich kund zu thun/ was gestalten Jhro/ vor jetzo/ und GOtt verleihe unzehliche Jahr/ glücklich und Siegreich-regierende Keyserliche Majestät allergnädigst geruhet/ eben zu der Zeit/ da Dero gesegnete Waffen Sie wider den Erbfeind Christlichen Namens/ und den Titul nach Aller-Christlichsten König/ gegen der Sonnen Auf- und Niedergang zu führen in unablässigem Werk begriffen/ den Zepter Jhro Hulde und Gnaden gegen Wol-löblichen Dero und Heiligen Römischen Reichs Stadt Nürnberg/ und diese liebe Universität/ aus Majestätischer Liebe zu Vermehrung Göttlicher Ehre/ guter Wissenschafft und Tugenden/ zu neigen/ folgig

folgig aus gutem Wissen und Keyserlicher Macht und Vollkommenheit/ Seiner Glorwürdigsten Vorfahren am Reich gedachter hohen Schul allergnädigst/ der Rechte/ der Arzney Kunst/ auch guter Wissenschafft und Philosophiæ Doctores, nicht weniger gekrönte Poeten und Dichtere/ mit Ehren creiren zu können/ verliehene Freyheiten/ allermildest auf alle Facultäten/ nechst dieser Bestättigung zuerstrecken/ mithin den dreyen ehevorig-vorgestellten Doctors-Hüten den vierdten durch Göttliche Verleihung hinzu zu thun / und beygefüget hat / (welches daß es zu Handhabung der vortrefflichsten Regiments-Glieder / die die Hand des Höchsten in vest-verbundenem Bund der Einigkeit stets erhalten wolle/ der Stadt Nürnberg und diesem guten Altdorf von oben herab gedeyen möge/ aus devotestem und getreuen Herzen inniglich hiemit angewünschet wird) und hierauf das Belieben getragen/ der Herren Curatorum dieser Löblichen Universität Hoch-Adelichen Herrlichkeiten/ gleich den vorigen Alten/ dieses erneuerte Privilegium übergeben und darob zu halten einbinden zu lassen/ Solches erkennen Hochwohlgedachter Herren Curatorum Hoch-Adeliche Herrlichkeiten vor ein sonderbahr Zeichen der zu Ihnen gesetzten Zuversicht und Achtung. Sagen demnach vorderst GOtt dem Allmächtigen/ der der Könige Herzen leitet wohin Er will/ daß Ihro Römische Keyserliche Majestät zu Ertheilung dieser Gnaden-Bezeugung bewogen/ so dann Allerhöchstgedachter Ihro Keyserliche Majestät/ Dero und insgesamt Unsern Allergnädigsten Keyser und Herren / inbrünstigst und allerunterthänigsten Danke; erkennen auch eines Hoch-Edlen Raths/ dero Günstig und Hochgeehrten Herren und Obern/ in Sie gesetztes Vertrauen danknehmig/ und seynd und bleiben des vesten Erbietens/ mit genauer Beobachtung solcher Diplomatum Innhalt/ Ihro Majestät zu allerunterthänigsten Gehorsam und zu schuldigsten Ehren / einem Hoch-Edlen Rath aber zu willigsten Diensten/ und der löblichen Universität Wolstand möglichster Beförderung und Erhaltung/ dergestalt gewärtig zu seyn / und fernere Sorge zu tragen / daß GOttes reines und

allein

allein seeligmachendes Wort der ungeänderten Augspurgischen Glaubens-Bekantnis gemäß daselbst gelehret / der Geistlichen Leben mit dero Lehr einstimmig erfunden / und das Instrumentum Pacis Westphalicæ übrigens nicht ausser Augen und Acht gesetzet werde. Ferner / daß die Rechtslehrere dero Lehrlingen / und iederman / den rechten Weg zu den Gött- Natür- und Weltlichen Rechten gewissenhafft und aufrichtig zeigen / von allen Abwegen und das Recht in Wermut zu verwandeln / die Parthenen in Zeit- und Kosten-splitterige ja verewigte Rechtfertigunge unschuldig zu verwicklen / und nach Art der Seiden-Würmer einzuspinnen / denen dermaleinstigen Fürsten und Herren dero etwan zuweilen unrichtigen Intentionen nicht zu velificiren / und mit dero Purpur und Glück zu reden / von Recht und Billigkeit nicht abzuweichen / zeitlich ermahnen / und jeden mit guten Exempeln vorgehen; Daß man in der Arzney-Kunst die Jugend anweise / daß solche GOtt-gefälliger Weiß / zu Erhaltung des Menschlichen Leibs und Lebens / und Zeigung des Höchsten Allmachts in seinen Geschöpffen / anzuwenden / und sich von allen gefährlichen Probiren und Ubereilungen / ehe man die Krankheit erkennet / zu hüten; So dann daß die Philosophia und dero Disciplinen so getrieben werden / daß durch deren darinn und daraus erlernete Wissenschafften GOttes Ehre und des gemeinen Nutzens Aufrecht-Erhaltung / und der erworbene Nach-Ruhm befördert: Vor allen Dingen aber daß Unwürdige mit den höchsten Würden nicht gewürdiget werden mögen / wohin das allergnädigste Privilegium ohne deme schon abzielet / auch darinnen sich sorgfältig zu bezeugen der Herren Decanorum und Professorum Gewissen aufgebürdet wird und in Summa diß nach Vermögen und besten Verständnis beytragen zu helffen / was dem Lehr- Wehr- und Nehr-Stand zu Nutzen / Ruhm und Erbauung / immer gereichen und gedeyen kan und mag. In welchem beständigen Vorsatz Einem Hoch-Edlen Rath Hochwohlgedachter Herren Curatorum Vniversitatis Hoch-Adel. Herrlichkeiten / und nach Ihnen / ich der wenigste zu geneigten Willen und beharrlichen Groß-

gunsten bestens empfehlen / hingegen zu Leistung beheglicher Dienste / und ich zu Abstattung schuldiger Unterthänigkeit / geneigt und willig verbleiben.

ORATIO
EJVSDEM CHRISTOPHORI PELLERI, JCti & Procancellarii.

ILLVSTRIS REIP. NORIMB. SENATORES *maxime Generosi, Prudentissimi,* CVRATORES *hujus Vniversitatis Gravissimi,*

RECTOR MAGNIFICE,


Generose Oppidi & Provinciæ hujus PRAEFECTE,

VIRI *maxime Reverendi, Consultissimi, Experientissimi, Clarissimi,* THEOLOGIAE, JVRISPRVDENTIAE, MEDICINAE, PHILOSOPHIAE *aliarumq; Artium,* DOCTORES & PROFESSORES *excellentissimi,*

HOSPITES *variis Honorum & Dignitatum Titulis eminentissimi, spectatissimi,*

Tuq; STVDIOSORVM CORONA *Natalium Splendore generosissima, Virtutibus præstantissima, doctissima, florentissima, Deliciæ meæ;*

DOMINI & AVDITORES *omnium Ordinum venerandi, colendi!*



DVbitare velle, qvin Generosi SENATVS Reipublicæ Noribergensis, Gratiosorum Dominorum meorum, animorum motus, celebrandi hodiernam Pane-

Panegyrin, & qvanta lætitia Confirmationem a DD. Imperatoribus, gloriosissimæ memoriæ, RVDOLPHO ut & FERDINANDO II, Academiæ, pòst Vniversitati, Altdorfinæ Privilegiorum qvondam impertitorum, & nunc omnium Clementissimi & Invictissimi Imperatoris & Domini Nostri LEOPOLDI I. Pii, Felicis, semper Augusti, eorundem Amplificationem, venerabundi & obstrictissimi, exceperint, ex rotunda, apta atqve eloqventi, rei hujus expositione amussitati JCti, Domini Hieronymi Scheurelii a Deffersdorff, Domini & Collegæ mei plurimum honorandi, ad aures vestras, Auditores gratiosi & honoratissimi, intelligensq; judicium accesserit, Insigniaque Gratiæ illius Majestaticæ, vice Curatorum Vniversitatis Generosorum, mihi utut indigno, tradita commissave fuisse, mente ab oculis haud sevocata vosmet perspexisse; qvid, qvæso, aliud foret, qvam nodum in scirpo qværere, & in clarissima luce cæcutire velle? Cum igitur ratio & ordo postulet, ut Vestræ, Magnifice Domine Rector, Ordinisq; Academici fidei, eodem nomine indulgentissime concessa Majestatica Privilegia extradendo committam, & eorundem observantiæ dulce onus Vobis imponam, mearum partium omnino esse duxi, ad ista profanis & illotis, qvod ajunt, manibus pedibusqve minime venire; sed, priusqvam agenda peragam, grates immortales & plane singulares habere & agere iis, a qvibus amplissima hæcce beneficia in hoc Lyceum & Palæocomen largissima manu collata sunt. Proin Tibi, o Divinum & æternum Numen, in cujus lumine videmus lumen, & sine qvo nihil est in homine, sit Laus & Honor in seculorum secula, qvod ex Gymnasio hujus loci Academiam, ex Academia Vniversitatem benignissime formasti, qvod eam potenti dextra tua hactenus protexisti, docentium & discentium consilia, doctrinas, studia, conatus & curas prosperasti, Religionis puritatem & reverentiam iis instillasti, & ab omni imminenti periculo eos conservasti: & cum discordiarum intestinarum & internecinorum bellorum gliscentis, mox

in circumcirca per Germaniam, affuſo Ligæ & Vnionis, nominum ominoſorum, oleo, ea tempeſtate, qva Anno 1622 Privilegia extenſiora huic Academiæ impertirentur, lucentes flammas erumpentis ignis furore, ac fato qvaſi qvodam, facultate creandi Doctores Theologiæ hucusq; deſtituta manſiſſet, TV Monarchæ Summi ſenſus ſic inflexiſti, ut & hanc liberaliſſime eidem concederet; largire igitur, qvæſo, ut id cedat ad majorem Tui nominis gloriam, & animarum innumerabilium myriadum beatitudinem æternam!

Qvanqvam verò, o Invictiſſime & omnium Clementiſſime Cæſar Imperator, LEOPOLDE, tropæis & triumphis maxime, ob pietatem in DEVM incomparabilis, gratia in bonos affluentiſſime, beneficiorum in devotiſſimam Majeſtatis Tuæ Noribergam, & nunc in Lyceum hoc Altdorfinum, ad exemplum gratioſiſſimæ Domus Auſtriacæ & glorioſiſſimorum Anteceſſorum Tuorum æternali laude mactandorum, cumulatiſſime collatorum, magnitudinis partem nullam digne ſatis prædicare, ac ne cogitanda qvidem gratia referre poſſimus; ne tamen plane ſilens indevotionis (ut hîc loci Juſtiniani Imperatoris voce utar,) cujuspiam reus arguar, gratias Majeſtati Tuæ Sacratiſſimæ, non qvas debeo, ſed qvas poſſum, habeo humiles & demiſſas, qvod Vniverſalis Studii Altdorffini Privilegia, a ſeculo & qvod excurrit, a Divis Imperatoribus benigniſſime conceſſa, novo Imperiali beneficio, ut jam audivimus, ita auxerit, extenderit, clementiſſimeqve decreverit, ut ibidem viri per religioſa examina probati, Doctores pro modo cujusqve ſcientiæ & doctrinæ creari, & dignitatibus ſummis poſſint inſigniri, & qvalibet in Facultate ibidem promoti, in omnibus locis & terris, qvin & Conſiſtoriis, Tribunalibus & Judiciis S. R. Imperii, & ubiqve, Jura adepta, perinde ut alii in aliis Academiis creati, exercere debeant ac poſſint, & omnibus & quibuscunqve gratiis, honoribus, dignitatibus, præeminentiis gaudeant & fruantur. Vivat proin Diribitor hic honorum

æqviſ-

æqviſſimus, ſolatium bonorum, terror malorum, inimicis formidabilis, amicis amabiliſſimus, bellorum injuſtorum & fœderum infractionis acerrimus hoſtis, reducendæ ſinceræ & perpetuæ Pacis, non ſecundum ductum Rationis-Status & belli, vices indies mutantis, ſectator & conciliator; vivat, inqvam, Majeſtas Sua, ut hactenus ita perenni immortalitatis amore flagrans, vitam, non qvæ corpore & ſpiritu continetur, ſed qvæ memoria ſeculorum omnium vigebit, qvam poſteritas alet, qvam ipſa æternitas ſemper intuebitur: cui ipſa inſervit, cui ſe oſtentat. Vivat Imperator noſter LEOPOLDVS! ſubq; Ejus auſpiciis fiat, ut

-- *alma pax gentes alat,*
ferrum omne teneat ruris innocui labor,
enſesq; lateant;

& canere cum Poëta qveamus:

Jam minæ ſævi cecidere ferri;
Jam ſilet murmur grave claſſicorum;
Jam tacet ſtridor litui ſtrepentis;
Alta Pax Orbi revocata læto eſt!

Tandem & SENATVI NORIBERGENSI, Dominis meis gratioſis, Natalium ſplendore generoſis, artibus regendi Rempublicam pacis belliqve temporibus cumulatim Inclytis, qvod ævo hoc exulcerato incitatiſſimoqve, & in qvo fere *ſpernitur orator, ac horridus miles amatur*, curas cogitationesqve amplificandi Academiam ſuam haud dimiſerint, ſed potius eò impenderint, qvo & ipſa a Summo Monarcha vim poteſtatemq; creandi Theologiæ Doctores (uti DEI virtute impetratam jam, Domini & Auditores Maximi Optimi, percepiſtis) nanciſceretur, omnibusq; Adjutoribus ad hanc rem, & literatorum Mæcenatibus ſplendidiſſimis, ex debito gratias agerem verbis prolixis, animo libentiori & prolixiori, niſi tantis meritis verba paria me inventurum fere deſperarem. Qvapropter pro hisce votum rependo, ut DEI Triunius clypeus vos protegat, contra hoſtium & adverſariorum doctis

dolis armatas insultationes, & impetus malignos, præsentem Statum Reipublicæ conservet, hanc concordiam & conspirationem omnium Ordinum ad defendendam Patriæ libertatem foveat & adaugeat, ærarii nervos & vires ad onera tanta ferenda, qvibus injuria temporum & Martis furore premitur & tantum non opprimitur, affatim suppeditet, Consilia ad boni publici incrementa capienda dirigat; cogitetq; Prudentissimus Senatorius Ordo, optimis auspiciis ea geri, qvæ pro Reip. salute gerantur; qvæ contra Rempubl. fiant, contra auspicia geri; præmiorumq; dignis retribuendorum promtitudinem, & pœnarum sontibus irrogandarum severitatem, coagmentationem non dissolubilem, & consentientem ad civium incolumitatem copulationem esse. DEVS Vos servet, ut seri in cœlum redeatis, diuqve felices intersitis populo vestro.

-- Vivite fortes,
nec lethæos sæva per amnes
Vos fata trahent, sed cum summas
exiget horas consumta dies,
iter ad superos gloria pandat.

Votum secundet, qvi potest, nostrum DEVS! Et cum pro tantis beneficiis, a Majestate Divina & Humana, Senatu Norico, & Mæcenatibus, acceptis, qvæ animo & cogitatione intime comprehendo, pari dignitate grates referre neqveam, Ipse Altissimus pro me referat; & sane referre non desistet, si qvid devota pectora cœlum precibus pro iis tundentia efficere possunt.

Qvod superest ad Temet, *Magnifice* Universitatis hujus *Rector*, Domine *Johannes Fabrici*, Theologiæ Doctor meritissime, splendidissime, ut & ad Vos maxime Reverendos, Consultissimos, Experientissimos, Acutissimos, Excellentissimos Dominos Doctores, Decanos & Professores, mea se flectit oratio. Postqvam enim Inclytæ Reipublicæ Noribergensis Atlantes fortissimi, Studiorum fautores & promotores ad

exem-


exemplum nati qvasi & facti, concioni huic augustæ ac splendidissimæ, & sic universe, per solennem Orationem & prælectionem indulgentissime confirmati & extensi Privilegii Cæsarei, notum testatumq; fecerunt, qvod Majestas Gloriosissimi, Serenissimi & Invictissimi Domini & Imperatoris nostri LEOPOLDI semper Augusti, precibus ejusdem Senatus, ex certa scientia Cæsareæq; potestatis plenitudine, in tantum clementissime cesserit, ut, ad illustriorem Academiæ huic Altdorffinæ splendorem & dignitatem conciliandam, nunc libertate in omni & qvacunqve Facultate (ut vocant) Doctores creandi, omnimode gaudere possit & debeat; horumq; Jurium legitimam dispensationem & exercitationem, gravissimis de causis, ab Illustri Senatu Inclytæ Reipub. Noribergensis, Generosis Prudentissimisq; Curatotoribus hujus Vniversitatis commiserit transtuleritve: Illorum qvoqve jussu & nomine, a Generoso & Consultissimo Domino SCHEVRL, JCto illustri, Collegii Dominorum Consulentium Noricorum Antecessore meritissimo, Domino Collega & Fautore meo primario, honoratissimo, tradita, cum antiqvioribus confirmatum & augmentatum Divale Diploma, ut & Pileum Doctoralem, nec non novum Facultatis Theologicæ Album, sive, ut vulgo vocant, Matriculam, in qva Candidatorum summorum in Theosophia honorum nomina describenda veniunt, videntibus & audientibus vobis, inqve ore atqve oculis solennis hujus cœtus, palam (indignus licet, demandati tamen mihi officii ratione,) decenti reverentia adhibita acceperam:

En Tibi, Magnifice Domine *Rector*, qvi hodierno die Universitatis hujus regendæ gubernacula tenes, &, cum tibi propositum fiet almæ Altdorffinæ brevi ultimum dicere Vale, & rerum omnium sanctissimo & providentissimo Moderatore sic dirigente, Serenissimorum Lunæburgensium DVCVM ad nutum Principalem, Juliam adire, inqve ea mandato munere ad Omnipotentis DEI gloriam fungi, (de qvo

ex

ex animo gratulor, exoptatosq; successus rebus in omnibus medullitus apprecor) Successori Tuo mox eligendo, totiqve Ordini Doctorum & Professorum, extensum, Cæsarea manu sigilloq; corroboratum hocce Diploma; En & Matriculam cum Pileo Doctorali; qvæ omnia a me accipe, memor hæc fidei tuæ concredita, ut integerrime eodem Privilegio ejusdemq; contentis utaris, fruaris, atqve ut ab aliis inviolabiliter & intemerate observentur, anxie cures, & in id toto animo & studio omni incumbas, qvo DEI Verbum, ad normam SacræScripturæ & AugustanæConfessionis, mentibus insinuetur, Jurisprudentia, ut Philosophia vera & non simulata, præcipue autem tria Juris præcepta, Honeste vivere, Alterum non lædere, Suum cuiqve tribuere, animis discentium inculcentur; Ars Medica salubriter tractetur; Philosophia deniqve speculativa & practica, nec non Poësis, sincere auribus & animis instilletur, inqve usum deducatur; Et, ut Cæsareis verbis Imperatoris nostri Augustissimi in hoc Diplomate prolatis utar, ne qvid scandalosum, vel bonis moribus contrarium, aut S. R. Imperii Constitutionibus adversum, sive per Professores sive Studiosos doceatur vel scribatur, aut doceri, scribi, in Lectionibus vel Disputationibus publicis proponi, aut scripto vel libris, sive clam sive palam vulgari permittatur; concordiâ conjunctissimâ Cives Vniversitatis inter se vivant; ne membra ejus Corporis a recta disciplina degenerent, sed hæc sarta tecta conservetur; neve Leges, Statuta & Ordinationes, campanæ sine pistillo jure indigitari qveant. Illud si fiet, de qvo eqvidem nullus ambigo, o Altdorfium, *semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt*; Generosusq; Senatorius Ordo, & in hoc Curatores tui munificentissimi, vigilantissimi, in oculis & sinu Te ferent, in deliciis Te habebunt, pergentq; porro retinendis augendisq; commodis tuis & existimationi tuæ velificari, nihilqve intermittent, qvod a benevolis mentibus in te indulgentissime derivari qveat.

DIXI.



ORATIO
IOH. FABRICII, S. Theol. D. & Academiæ Altdorfinæ Rectoris.

AUDITORES, ſuo qvisq; loco & ordine, ſuſpiciendi, colendi, honorandi!



Voties hactenus, ſive in feſto academico, ſive alio tempore, promotio Doctorum Magiſtrorumve heic celebrabatur, toties miſeros nos Theologos tacite ingemiſcere neceſſe erat, ac dolere impotentis atq; inordinati Ordinis noſtri triſtia & acerba fata: qvum enim reliqvæ Facultates ob fœcunditatem ſuam lætæ eſſent hilaresqve, noſtra ſola ſterili atq; infœcundæ Saræ ſimilis videbatur, & hinc videre cupiebamus diem illum, qvo ea in meliorem transferretur ſtatum, & probrum ab ipſa tolleretur. O nos igitur beatos, o terq; qvaterq; beatos, qvi hodie voti damnamur, & Saram noſtram Dei & Hominum ope fœcundam redditam, lætiſſimamqve matrem

conſpicimus! Dei qvidem, qvi Athenæum hoc inter furores bellicos, &, dum proximus ardebat, atqve etiam nunc ardet Vcalegon, clementiſſime conſervavit, & obſtacula novi hujus augmenti decorisqve nec pauca nec minima, ſapientiſſime removit; Hominum vero, qvia primus illorum, DEOqve proximus, LEOPOLDVS, *Imperator auguſtiſſimus, dum tota pæne Europa armorum ſtrepitu perſonat, ad Muſarum cultum, mentem & animum flectere, belliqve tempore de pacis artibus cogitans, privilegia hujus Academiæ benigniſſime confirmare, & ad omnes usqve Facultates ampliare atq; extendere voluit: deinde qvoniam Illuſtris* MAGISTRATVS NORIMBERGENSIS, *votis ac precibus noſtris vacivas aures præbuit, & omnem in Aula Cæſarea lapidem movit, ut complementum Academiæ ſuæ Altdorfinæ impetraret, aliisqve eam Vniverſitatibus æqviparatam haberet. Eant igitur nunc, & blaterent, ſi lubent, nugivenduli,* Ordinem noſtrum immedicabili laborare malo, neqve e miſerabili ſua conditione unqvam

qvam eluctari & exire posse: *eant, & sibimet belle placeant, qvi famæ, malo illi mendaci, temere credentes, nec de historiæ veritate recte instructi, scribere ausi sunt ac dicere,* Legatos Reip. Noribergensis, qvum privilegia academica peterent pro schola Altorfina, intempestiva & imprudente qvadam interrogatione remoram injecisse Facultati Theologicæ: *eant & defendant amplius, si possunt, alii hoc suum assertum,* Lyceum hoc non Vniversitatem esse, sed Academiam duntaxat, eo qvod careat potestate renunciandi Doctores Theologos. *Interea nostrum est, Collegæ omnium Ordinum optimi svavissimiqve, nova hæc privilegia, qvæ a S. Cæsarea Majestate, & paullo ante ab Illustri Senatu Liberæ Reip. Norimbergensis accepta, maxime generosi ac prudentissimi Vniversitatis hujus Curatores, Domini nostri colendissimi, per Procancellarium suum, Virum magnificum, juriumqve & omni alia politiore scientia, ac meritis illustribus, maxime insignem, pro singu-*

 lari

lari erga Altdorfinam suam affectu & amore, nobis tradiderunt & summo commendârunt opere, sanctissime religiosissimeqve custodire, neqve in munere nostro qvidqvam negligere, sed omni vi id agere, ut bonæ artes & disciplinæ fideliter propagentur, honores ac præmia studiorum non nisi dignis conferantur, & pietas morumqve probitas nostro etiam exemplo cordibus studiosæ juventutis svaviter instilletur. Nostrum qvoqve est, pro salute Sacratissimi Cæsaris, Procerumq; Norimbergensium, pia vota concipere, DEVMqve Deorum precari qvam devotissime, ut LEOPOLDO *Magno, Pio, Sapienti, Felici, det Senatum fidelem, populos obedientes, exercitus fortes, imperium tutum, familiam perpetuam, felicitatem constantem, lætitiam veram, pacem, de qva nunc tractatur, exoptatam, & qvæcunqve alia Cæsaris esse possunt vota ac desideria, cumq; augusta gente Austriaca, qvæ Monarchas ac Principes nobis protulit optimos clementissimosqve, Remp. Norimbergensem, qvæ pietate ac fide erga illam nulli alii*

cedit,

cedit, jubeat eſſe æternam, & omni bonorum genere ornatam atqve cumulatam. Noſtrum qvoqve eſſet, DEO, Cæſari, & Magiſtratui noſtro, pro novo hoc beneficio, decentes agere ac perſolvere gratias; ſed qvo magis animos noſtros inclinamus ad conſiderandam beneficii magnitudinem, ineffabilem Dei gratiam, largiſſimam Cæſaris munificentiam, & paterna majorem Senatus Norimbergenſis curam ac benevolentiam, eo minor verborum copia nobis ſuppetit, ſimilesqve reddimur vaſi anguſti oris, in qvo aqva, largiter & ſimul effundenda, intercluditur. Itaqve trigæ illi Benefactorum noſtrorum, gratias jam, qvas debemus, non agimus (neqve enim poſſumus) ſed habemus, easqve immortales, humillimas, maximas.



MAGNI DANIELIS OMEISII,
Moralium & Oratoriæ Prof. P.

GRATIARVM ACTIO.



Vanqvam optârim, *Illustris ac Splendidissima Concio*, ut Oratori nobiliori, qvales modò audivimus, postrema Panegyris hujus pars demandata esset; non mihi, qvi, Periclis instar Atheniensis, timidius semper ac trepidantius, præsertim in tantorum Virorum consessu, ad dicendum prodeo, vehementer solicitus, qvo audientium favore sim peroraturus: Eorum tamen, qvi hoc præceperunt, voluntati obtemperandum esse duxi, ac malui in me eloqventiam, qvam obedientiam, desiderari; hodierno imprimis die, qvo DEO Opt. Maximo, CAESARI Augustissimo, & Illustri SENATVI NORIMB., gratia memori mente ac pia oratione est persolvenda. Qvod enim Altdorfina hæc schola ab incunabulis, qvasi pratum irriguum, uberrime succreverit, qvod in ea ultra seculum bonæ artes ac studia, ad exterorum pene invidiam effloruerint, viguerint; qvod ex Gymnasio conversa in Academiam, ex Academia ad Vniversitatis, uti loqvimur, dignitatem evecta, jamqve votorum adepta summam, summum gloriæ verticem attigerit, hoc omne ineffabili Numinis Divini Clementiæ, Augustissimorum Cæsarum indulgentiæ, circumspectissimæq; Inclyti Senatus Norimb. providentiæ & liberalitati, est tribuendum.

Tibi ergo, Æterne DEVS, Auctor & Moderator universitatis rerum, flexis ad aras tuas genibus, gratias agimus & habemus longe maximas & immortales, qvod Prudentissimo Senatui Norimb. cùm superiore tum hoc seculo eam animi mentem & dederis & conservaveris, ut Academiam hanc bo-

no

no Reip. Christianæ conderet & aperiret, ad eamq; tuendam, fovendam, amplificandam, illustrandam, omnes cogitationes, conatus, impensasq; large ac liberaliter conferret. Sane lucidissimi illi virtutum ignes, qvi ex bonorum Principum & Optimatum animis emicant ac prosiliunt, illi motus & stimuli acriores, qvibus ad res magnas & arduas incitantur, non tam astris & temperamentis, qvam Tibi, o astrorum Dominator, sunt adscribendi. Tu in manu habes cor Regis & Magnatum; tu pios Magistratus Proceresq; exstimulas, inflammas, ut Regi Gloriæ portas aperiant, ut Ecclesiam & scholas ordinent nutriantqve, ut bonis artibus ac disciplinis receptum præbeant, patriæq; salutem omni qva possunt ratione promoveant. Tu igitur, o DEVS, Academiæ hujus es fundus, tu custos, tu rector, tu servator & amplificator. Tibi omnia debemus; abs Te omnia expectamus. Qvare fac deinceps qvoqve munus hoc bonitatis tuæ proprium nobis ac perpetuum, & Academiam hanc in agnita veritate, fide salutari, studioqve & cultu omnis liberalis doctrinæ ac virtutis conserva: Docentes ac Discentes Spiritu veritatis, sapientiæ, consilii, spiritu sobrietatis, pacis & concordiæ, affla, illustra, corrobora! Et sicut hactenus immensa tua misericordia ac potentia effecisti, ne hic loci (velut in aliis Germaniæ Academiis) truci classico excitati fuerimus in pugnam, ne somnum nostrum parciorem buccina fregerit, ne tubæ ac tympana Oratorum vocibus obstrepuerint, neu pestis cœtum nostrum dissipaverit, neu dira fames lenta nos tabe confecerit: ita porro largire aëris salubritatem, tempestatum opportunitatem, annonæ ubertatem; & fac, ut Academia hæc velut altus Olympi montis vertex, nubes & fulmina subtus volitantia despectans, beata semper serenitate renideat. Da pacem, Domine, in diebus nostris; sed pacem tutam, fidam & constantem! Tuere inclytam Remp. Norimb. matrem, unà cum filia Altdorfina, donec hominum urbiumqve manserit mortalitas, semper florentem, omnigenaq; felicitate cumulatam: & cum sche-

ſchema mundi hujus præterierit, fac, ut nos omnes cœleſtis illa excipiat Academia, qvæ Rectorem ac Lectorem habebit Filium tuum, cujus ab ore toti pendebimus, ea planiſſime pleniſſimeq; cogniturí, qvæ nunc per ſpeculum videmus in ænigmate, atq; illa deniq; percepturi bona, qvæ necdum oculus vidit, nec auris audivit; hoc eſt, lucem ſine tenebris, ſapientiam ſine errore, ſecuritatem ſine timore, tranqvillitatem ſine labore, voluptatem ſine dolore, vitam ſine morte, veritatem ſine fallacia, felicitatem ſine miſeria.

Poſthæc ad auguſti ſolii tui gradus ſubjectiſſime nos proſternimus, qvi a Deo ſecundus, & poſt Deum primus es his in terris, Sacratiſſime IMPERATOR, LEOPOLDE Magne, Pie, Juſte, Triumphator! O utinam divinus Plato de ſuo melle, Cicero de ſuo flumine, Iſocrates de ſua elegantia, Demoſthenes de ſua facundia, Lyſias de ſua gravitate, Plinius de ſua, qva Trajanum perculit, dicendi majeſtate, precario largirentur, qvo collati nuper hanc in Academiam beneficii tui magnitudinem oratione qvadantenus & prædicatione adæqvare poſſem! Multorum qvidem Cæſarum Romanorum profuſa congiaria jactat antiqvitas, Imperatorum ampla donativa commemorant hiſtoriæ; celebrem Circi pompam, & ſpectacula gladiatoria, nobis oſtentant annales: ſed nihil univerſum priſcæ illius, ſæpe noxiæ & crudelis, magnificentiæ choragium ad ampliſſimam maximeq; laudabilem Tuam, qva, LEOPOLDE, nos proſecutus es, Clementiam. Tu enim medios inter armorum ſtrepitus, dum non inferiore fortitudine qvàm fortuna, non minore *Induſtria* qvam *Conſilio*, ingentia verſus ortum & occaſum bella duplicas, invidenda ſimul Pacis opera meditaris agitasqve; & alibi Scholas illuſtres & Academias novas fundas erigisq;, alibi adornata jam liberalium artium latifundia amplificas, horumq; fines longius profers; atq; adeo hanc qvoq; Academiam Altdorfinam denuo in auguſtam Majeſtatis Tuæ tutelam recepiſti, receptamq; nova verendæ dignitatis & honoris purpura condeco-

decorasti. Tu, qvod æternos in orbes dudum collectus RVDOLPHVS II inchoavit, & gloriosissima memoria dignissimus Avus tuus FERDINANDVS II continuavit, feliciter jam perfecisti, Scholæq; huic celebri apicem, qvi adhuc deerat, & coronidem addidisti! Accepimus ergo nunc, qvod precati sumus; tenemus, qvod desideravimus. Diuturnitatem expectationis nostræ, compensat magnitudo voluptatis; & ut ignis, qvi intra obstaculorum angustias diu delituit, eo vehementius erumpit tandem, qvo arctius premebatur: sic gaudia tantò evidentioribus argumentis prodeunt in publicum, qvantò longiore mora spes & successus eorum trahebantur. Ecqvid verò nostri jam erit officii? Nimirum qvemadmodum Tu, Cæsar ac Domine omnium Clementissime, augusta tua manu, sacroqve sigillo, firmasti Diploma antea recitatum, & hanc Altdorfinam nulli in universo Imperio regiæ aut illustri scholæ postposuisti, sed omnibus adæqvasti: ita qvam diligentissime dabimus operam, ut ista porro, docentium fidelitate, eruditione, celebritate, discentium autem diligentia morumq; elegantia, omnibus aliis par perseveret, nonnullas etiam superet. Imo vero, LEOPOLDE, omnia, qvæ formaturi sumus ingenia, ad laudes tuas & grates concinendas limabimus ac poliemus: speciatim omnium Theologiæ cultorum pietatem, ad illustrandam Dei Tuamq; gloriam, omnium Themidos filiorum peritiam, ad prædicandam æqvitatem tuam & justitiam, omnem Medicorum artem ad precandam & conservandam Tibi perpetuam sanitatem, omnium Philosophorum solertiam ad sapientiam tuam extollendam, animabimus ac dirigemus. Amplius historicorum calamos acuemus ad conscribendos rerum abs Te gestarum annales, Oratorum eloqventiam effingemus ad declamandos Tibi panegyricos, Poëtarum venas suscitabimus ad fundenda Tibi Epinicia; omnium deniqve scientiarum industriam & labores, Nomini Tuo æternitati consecrando, locabimus & transcribemus.

O Vive

Vive LEOPOLDE, ac diu ſplendeſce Sol Imperii Sereniſſime, Thraciæq; Lunæ fulgorem exſtingve! Vive, & ad orientem æqve ac occidentem Majeſtatis & Victoriarum Tuarum radios diffunde, Rudolphis illuſtrior, Albertis fortior, Carolis major, Maximilianis prudentior, Ferdinandis (ſi qvid horum pietati ac fortunæ addi poteſt) melior atq; felicior! Sed & Te ſervet DEVS, JOSEPHE, Romanorum & Pannonum Rex Potentiſſime! Servet Te Innocentiæ Tuæ, Prudentiæ Tuæ, Magnanimitati Tuæ! Hinc intelligimus, qvalis futurus ſis; hinc probamus. Vivite Vterqve, vincite, valete! De noſtris annis Veſtros DEVS augeat annos!

Poſt Maxima hæc Numina & Nomina, Illuſtris Reip. Norimb. Proceribus, Academiæ hujus Nutritoribus & Curatoribus Perqvam Generoſis ac Prudentiſſimis, gratias nos agere & habere ſempiternas par eſt, qvod hanc Muſarum domum a Beatiſſimis Avis, Parentibus ac Prædeceſſoribus ſuis, omni laude noſtra majoribus, ædificari cœptam, ut proverbium habet, impolitam haud reliqverint; qvod nullis curis laboribusq; frangi, nullis ſumtibus debilitari, nullis æmulorum diſſvaſionibus ab inſtituto ſuo vel latum ungvem ſe dimoveri permiſerint; ſed contra iverint audentius, & jactis olim Academiæ fundamentis, adjectisq; poſtea incrementis, nunc illud, qvod deerat, ornamentum ſuperſtruxerint; qvodqve ſplendidam hanc Panegyrin inſtituere voluerint, eamqve honorificentiſſima ſua præſentia plurimum condecorare. Admirabitur ſummopere hoc poſteritas, *Domini ac Patroni*, qvod difficillimis hisce temporibus, dum ferale claſſicum Europam pene omnem perſonat, inter publicas curas veſtras, literarum ac ſcholarum augmenta eſſe volueritis; atq; inter Bellonæ tubas & lituos Togatam ornare ac ſtatuminare Palladem allaboraveritis. Roma olim ipſa in pace Philoſophos ac Rhetores ejecit. Lacedæmon liberales diſciplinas ne admiſit qvidem, ſed ut profanas & noxias recedere juſſit. Athenæ ipſos Oratores & Poëtas armarunt, & claſſibus præfecerunt;

runt; patrum deniq; & nostra memoria, in Germania, aliisq; Europæ partibus, ad primum tympani pulsum, docentium voces conticuerunt, & aperto Jani templo, clausa sunt Musarum sacraria, indictum literis justitium, clarissimi Professores vel ejecti, vel intra domos abditi, horumq; salaria in stipendia militum conversa. In Inclyta vero Norimbergensium Vrbe & Academia, mediis longorum bellorum temporibus, incredibili munificentia non modò Doctoribus stipendia procedunt, sed in summis rei pecuniariæ angustiis, novi etiam Professores non spernendis conducuntur honorariis; & qvod Athenæo huic deficiebat culmen, magno impendio, sed majore animo, adjicitur, ejusqve numeri demum omnes adimplentur. Qvod amicum in Amplissima hac Rep. Martis & Minervæ conjugium submisse venerentur cives, obstupescant exteri, loqvantur posteri, & nati natorum, & qvi nascentur ab illis. Favete porro, Domini ac Mæcenates, Academiæ huic, ejusq; Gloriæ, & in hac simul Vestræ! Tuemini, colite, ornate imposterum qvoq; Paradisum hunc Noricum, e qvo Ganges Theologiæ, Nilus Jurisprudentiæ, Tigris Medicinæ, Euphrates Philosophiæ, emanant uberrime, omnemq; orbem politiorem irrigant atq; fœcundant; hortum hunc floridum ac pingvem, in qvo feruntur arbores alteri seculo profuturæ. Tu imprimis, Vir Summe, *Carole Theophile Harsdörfere*, qvi immortalis memoriæ Parentem, *Georgium Philippum*, illum Germaniæ Varronem, Norimbergæ Catonem, altissima prudentia & doctrina æqvas, honoribus antecellis; qvi primùm hac in Panegyri Musis nostris Altdorfinis (qvod in perpetuum bene vortat!) Ephorum ac Proto-Scholarcham Te repræsentas, utinam diu perennaturum; Tuq; Sapientissime *Carole Sigismunde Grundherre*, qvi non ita pridem, exsultante Ecclesia, applaudentibus Musis, Sacro Scholarcharum Ordini novum & grande accessisti Decus; Vos, inqvam, cum Collegis & Senatoribus sociis, dignissimis Æternitate Nominibus, hanc deinceps qvoqve alite, amate,

ſervate Academiam, venuſtiſſimam Matris Norimbergæ filiam, gemmam Reip., ſplendorem terrarum, ſedem humanitatis, domum ſapientiæ! Hoc Civitatis veſtræ ſeminarium porro ſi fovebitis, ſicut adhuc paterno foviſtis animo; habebitis ſemper Conſules graviſſimos, Senatores prudentiſſimos, eloqventiſſimos Verbi divini Præcones, Scævolas & Æſculapios peritiſſimos, moderatores ſcholarum eruditiſſimos; Remp. optimam, & gloriam apud exteros ſempiternam: a nobis autem omnem pietatem, ſtudia, obſeqvia, venerationem; &, qvod maximum eſt, a Deo ipſo expectabitis præmia, perpetuam animi corporisqve ſerenitatem, Sibyllinum ævum, rerum omnium abundantiam, qvæq; alia his in terris maxima putantur; ſed & ſera poſt fata, nullis verborum coloribus exprimendam, nullis ſeculorum decurſibus terminandam, beatitatem.

De cætero reliqvis VOBIS omnium dignitatum, ordinum ac cenſuum, Spectatoribus & Auditoribus ſplendidiſſimis, honoratiſſimis, gratiæ debentur ſingulares, qvod jucundiſſimo veſtro conſpectu ac perhonorifica præſentia celebritatem hanc publicam reddere volueritis illuſtriorem. Rogamus univerſos, ut, qvam benevolentiam erga Academiam hanc luculenter hodie declaraſtis, eandem impoſterum qvoqve conſtanter retineatis. Benedicat Vobis nobisqve omnibus DEVS, DEVS noſter; benedicat nobis DEVS, & omnis populus dicat

AMEN!



Col-

Collecte
vor der Predigt:

Der HErr sey mit uns allen ꝛc.

Laßt uns beten:

Barmherziger/ ewiger GOTT/ du einiger Hort und Beschirmer deiner Kirchen/ der du/ bey diesen gefährlichen Zeiten/ unter dem Schutz unserer lieben hohen Obrigkeit diese dir gewiedmete Universität bißhero erhalten/ und anietzo mit neuem Segen begnadet hast; wir sagen deinem großen Nahmen davor Lob/ Preiß/ Ehre und Dank/ und bitten demüthiglich von Grunde unserer Herzen/ du wollest ferner über dieselbe deine Gnaden-Flügel ausbreiten/ und mildiglich verleihen/ damit sie unter ihren lieben Obern das Werk deiner Göttlichen Ehre und Lehre treiben/ und ihre Lehrer durch Hülfe deines Geistes die Furcht und Liebe gegen GOtt erhalten/ derer Frommen immer ie mehr und mehr gewinnen/ viele zur Gerechtigkeit weisen/ und dermaleins wie des Himmels-Glanz und wie die Sterne leuchten mögen immer und ewiglich/ Amen.

Schluß - Collecte.

Der HErr sey mit uns allen / Amen!

Allmächtiger GOTT / ewiger lieber Vater / wir danken heut deiner grundlosen Barmherzigkeit / daß du dein Wort mit grossen Schaaren Evangelisten uns gegeben / und unsere hohe Schule mit neuem Segen begnadet hast. Wir bitten dich herzlich / du wollest unsere Lehrer ferner mit Heil kleiden / mit deinem Geist erleuchten / und kräfftiglich ausrüsten / damit sie deiner rechtglaubigen Kirchen zu Trost auch andere Lehrer ziehen / dein Wort rein und lauter predigen / und sich / und die sie hören / seelig machen mögen / durch JEsum Christum deinen Sohn / der mit dir und dem Heiligen Geist lebet und regieret in Ewigkeit /
Amen.



Das

Das erste Stuck.

LAudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi: Qvoniam confirmata est super nos misericordia ejus, & veritas Domini manet in æternum. Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto! Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Das andere Stuck.

DEr HErr denket an uns / und segnet uns / Er segnet die den HErrn fürchten.

Aria.

WIr danken dir / Vatter! daß wir dir zu Ehren /
Die Kirche mit Lehrern der Schrifft heut vermehren.
Schick selbsten vor deine verpflichtete Knecht /
Das Urim und Thumim, dein Liecht und dein Recht!

Das dritte Stuck.

DEr HErr hat großes an uns gethan / deß sind wir frölich. Wol dem Volk / dem es also gehet. Gehet zu seinen Thoren ein mit Danken / zu seinen Vorhöfen mit Loben. Danket Ihm / lobet seinen Namen!

Aria II.

Rufse den Keyser / du Götter GOTT! leben /
Der uns die heutige Feyer gegeben;
Gib Ihm / weil Er hebt die Musen empor /
Siegen / Vergnügen und Segen davor.

Aria III.

Unsere Vätter und Treue Regenten /
Trage / wie sie Dich im Herzen / auf Händen;
Störe die Feinde / und wehre dem Krieg /
Schenk uns den Frieden / dem Keyser den Sieg!

WIr loben den HErrn von nun an bis in Ewigkeit / Halleluja!

Das vierte Stuck.

TE DEVM LAVDAMVS &c.

Folgen zwey sinnreiche Reim-Gedichte; deren das andere eben bey dieser Academischen Solennität / das erste / einige Zeit hernach bey Schliessung des allgemeinen Friedens / verfertiget und eingereichet worden.

I. Freu-

I.

Freudigstes Dank-Opfer/

welches

vor dem Höchsten Thron

Ihrer Röm. Keyserl. Majestät

LEOPOLDI

Unsers Allergnädigsten Herrns/

für die allermildeste

Erneuerung und Ergänzung

aller

Freyheiten Rechten und Würden

der Nürnbergischen Universität

Altdorf/

in tiefster Demut abzulegen

sich erkühnte

Christof Wegleiter/

Doct. und Prof. daselbst.

Unüberwindlichster / Großmächtigster Vermehrer
des Römisch-Teutschen Reichs / der drey Paar Zepter führt/
und zwanzig Fürsten-Stäb; Du Christlichster Verehrer
des Himmels/ welcher Dich so herrlich wieder ziert.
Um deßen heiligs Haubt sich Palm- und Lorbern drängen/
die Deiner Helden Faust von fremden Stämmen reisst;
Darein nun Pallas mag ihr fettes Oelblat mengen/
weil Deine Segens-Hand den Janus-Tempel schleusst.
Dein preißlichstes Geschick erschallt in West- und Osten/
der Friede und der Sieg begleiten den Triumf/
dem Fama blasend folgt/ und macht durch ihre Posten
die stärksten Kehlen stumm/ die schärfsten Kiele stumf.
Manch Göttlich-hoher Geist/ der längst im Himmel glänzet/
von deme Blut und Mut auf Deine Erben stammt/
sieht seinen Hoffnungs-Bau mit Lust von Dir ergänzet/
und preist wie Deine Loh nach ihrem Ursprung flammt.
Der Rudolf Krieges-Ruhm/ der Albrecht Sieges-Fahnen/
der Carel grosser Mut/ der Friedrich sanfter Trieb/
die hohe Majestät der Maximilianen/
der Ferdinanden Witz/ Matthiæ Lob und Lieb/
die Tugend und das Glück der beeden grössten Häuser/
vor denen sich die Sonn im Auf- und Abzug neigt/
hat längst in Deiner Brust / o Ausbund aller Keyser/
den vollen Sammelplatz und Gipfel schon erreicht.
Du hägst die freyen Künst' in Deinem zarten Busen/
und die gelehrte Welt ist Dir nicht unbekandt:
der Pindus preiset Dich den Fœbus seiner Musen/
der bald die Säiten stimmt/ und bald den Bogen spannt.

Du

Du lässest Dich nicht leicht verlocken noch erschrecken/
weil Du Dich in Dir selbst mit deinem GOtt vergnügst;
Dein Blick kan Lieb und Furcht bey Freund und Feind erwecken:
Du triumfirest stäts/ weil Du Dich selbst besiegst.
Dein Adler-Flug begrüsst des Himmels Vorgebirge/
Dein Auge saugt den Stral/ den jenes Welt-aug streut;
Dein wolbewehrter Arm beschirmet Christi Kirche/
und Sein geheimer Leib bleibt deine Seelen-Weid.
Dein Hof erbauet sich durch Deine stille Sitten/
und Deine reinste Zucht hält auch die strengste Prob:
Es haben um die Wett schon lange Zeit gestritten
Dein überschwenglichs Glück/ Dein unerschöpflichs Lob.
Die Red- und Schreib-Kunst scheut die Ernde deiner Saten/
Dein Schmuck darf keiner Schmink/ die Frucht darf keiner Blum;
Kein Dank erreicht die Höh von Deinen milden Thaten/
Dein gütigstes Verdienst streicht über allen Ruhm.
Dein Raht und Dein Gebet erringet Sieg und Frieden/
und weiset/ was für Krafft in frommen Seufzern steck;
Als lang / als deine Händ / o Mose/ nicht ermüden/
so lang siegt Jsrael/ so lang liegt Amalek.
Geniesse wol die Frucht der Oelzweig aus dem Westen/
und ernd in Osten noch mehr Palm- und Lorbern ein:
Feyr manchen Türken-Sieg mit heilgen Freuden-Festen/
und tilge endlich gar des Mondes trüben Schein.
GOTT überschütte Dich mit so viel Gnad- und Ehren/
als Segens-Thau von Dir in unsre Gründe fliesst.
Er minder unsre Jahr / die Deinigen zu mehren/
und mache Deinen Thron/ so lang als hoch er ist!
Dein Bildnis müsse sich noch spat in Josef spiegeln/
der Dein Verlangen früh mit seinem Wachsthum stillt.
Der Himmel bleibt geneigt/ den heissen Wunsch zu siegeln/
der jedem treuen Knecht aus allen Adern qvillt.

Gönn' deinem Nürenberg und Altdorf beyzustimmen
dem Glückwunsch deines Reichs / dem Zuruff aller Welt;
Sie fühlen eine Brunst in ihrer Brust entglimmen/
die auf dem Dank-Altar in voller Flamm erhellt.
Auf ihrer hohen Schul (wie in der Hütt- und Lade
des Bundes/ da der HErr sich mündlich hat geregt)
war längst/ durch **Ferdinand** des Zweyten höhste Gnade/
ein driefach Heiligthum zum Denkmal beygelegt:
Epist. an die Ebr. IX. 4. Die Tafeln beedes Rechts/ das Manna der Arzneyen/
der Weisheit Rauchgefäs mit ihrer Würz und Glut.
Jüngst aber fügtest Du/ o LEOPOLD/ den dreyen
die vierdte Zulag bey/ des Arons grüne Rut.
Aus welcher Blüht und Frucht spat/ doch zugleich/ entsprosse/
zur Zier der Arch und Kirch/ für Levi Stamm und Stand;
wodurch diß Alte Dorf so manchen Gast genosse/
ob drängte sich in ihr die Stadt und all ihr Land.
In beeden ist kein Herz durchaus nicht zu ergründen/
darin Dein Tugend-Bild nicht unabsterblich lebt;
In beeden ist kein Mund durchaus nicht zu erfinden/
darauf Dein höchstes Lob nicht überflüssig schwebt.
Mir sind die Erstlinge von Deiner Huld gedien/
drüm gönne gnädiglichst / daß Dein geringer Knecht
nach Deinem Thron hin kriech / mit tiefgebeugten Knien/
und Dankbeflißenst sich um Deine Füsse flecht!



II. Der

II.

Der Hohe Ruhm

der Hochlöbl. des Heil. Reichs freyen Republiqve

Nürnberg/

bey anderwärtiger Confirmation und Promulgation der

Keyserl. PRIVILEGIen

vor die weitberühmte Universität Altdorf/ und celebrirter


DOCTORATS-RENVNCIATION in allen FACVLtäten/

aus gegen Derselben tragender unterthäniger Devotion entworfen von

Johann Martin Möllern / Gorlic. Lusat.

als den geringsten einen/ der das Glück gehabt bey gedachter FESTIVItät mit den Höchsten Würden IN FACVLTATE JVRIDICA beehrt zu werden.

Anno 1697. d. 29. Jun.





Rleuchtes Nürenberg / dem bey den hohen Stande
Sein Adel / Witz und Glück den Glanz der Sterne schenkt /
Vergönne / daß dein Knecht aus einem fremden Lande
Bey seiner Niedrigkeit an Deine Hoheit denkt.
Dein Herold ruffte nächst die Nachbarschafft zusammen /
Weil GOtt und Keyser-Huld Dein hohes Glück vermehrt.
So wirst Du wol den Dienst desselben nicht verdammen /
Der auch von ferne kommt / und Deinen Ruhm verehrt.
Dir kömmt Dein erster Grund von Stahl und Eisen schlagen;
Das macht / daß Dein Bestand wie Stahl und Eisen ist.
Und da Dein Grosser Carl was grosses beygetragen /
Was Wunder / daß Du nun so groß und mächtig bist?
Am ersten wird der Blitz die höchste Ceder spalten;
So gieng auch Deine Pracht durch Krieg und Flammen drauf.
Doch hat Conradus-Burg die Jungfrauschafft erhalten /
Und aus der Asche steigt ein junger Phönix auf.
Ist ehmals wildes Volk Dianen nachgegangen /
So macht Dein Heiliger / daß Du recht heilig bist.
Und also kanst Du recht mit Heiligthümern prangen /
Weil mancher Lehrer noch Dein andrer Sebald ist.
Ließ Dich der Grosse Carl von grossem Glücke wissen /
So kommt der Vierdte Carl / der Dich noch mehr erhebt.
Und dieser hohe Stand wird ewig bleiben müssen /
Weil Philipp Geuder stets in Deinem Rathe lebt.
Dein Göttlicher Verstand ist aller Welt gepriesen /
Und streitet um den Ruhm / den sonst Venedig hat.
Ja was Italien von Schönheit mehr gewiesen /
Das pflanzst und baust auch Du in Deiner schönen Stadt.

Ein

Ein irrdisch Paradieß erscheint in Deinen Auen/
Und dieses sey genug/ was hier Patinus schreibt:
Das Auge hindert uns/ daß wir nicht alles schauen/
Was Deine Lieblichkeit auch in die Ferne treibt.
Gibt Frankreich nicht vor Dich ein Bürger-Rechts-Gesetze/
Weil sein Paris mit Dir viel gleiche Wunder hegt?
Und Teutschland weiset klar/ wie trefflich es Dich schätze/
Wenn es sein Keyser-Schwerdt in Deinen Schoß gelegt.
Wiewol/ verirrter Kiel/ was will ein Fremder sagen/
Der von der Trefflichkeit fast gar nichts wissen kan?
Und den ein Augenblick zu solcher Pracht getragen/
Stimmt der davon ein Lied mit Palæcomen an?
Jedoch/ erstaune nicht/ du kennest ja die Grenzen/
Wo Fama Noricen ein ewig Denkmal stifft.
Du siehst die grosse Stadt in einem Dorfe glänzen/
Wodurch ihr hoher Ruhm viel Fürsten übertrifft.
Hier ist der alte Witz von Nürenberg erschienen/
Der vor sein zartes Volk viel Lehrer eingesetzt.
Und Altdorf muste bald um so viel schöner grünen/
Weil Keyser Rudolph es was höhers wehrt geschätzt.
Dann ließ sich Ferdinand der Andre gnädigst finden/
Und also stellte sich der Andre Vater ein.
Vor Recht und Medicin hieß Er die Kränze winden/
Diß konnt' ein neuer Stern an Deinem Himmel seyn.
Heut ist ein Sonnen-Licht an Deinen Pol gekommen/
Erleuchtes Nürenberg/ heut blüht Dein höchster Ruhm;
Durch GOTT und LEOPOLD hat alles zugenommen/
Und Altdorf heist nunmehr Dein gröstes Heiligthum.
Du kanst das höchste Recht von Hohen Schulen üben/
Und legst den schönsten Lohn bewehrten Lehrern bey.
Das heist: Auf diesen Tag ist nichts zurücke blieben/
Das Deiner Herrlichkeit noch zuzusetzen sey.

Dein

Dein Altdorf / wo vorhin manch edler Zweig geblühet /
Sieht / wie die Fruchtbarkeit in hohen Bäumen lacht.
Wenn nun ein ganzes Land zu ihren Schatten fliehet /
So wird auch **Nürenberg** ein süsses Opffer bracht.
Ja / Du erkennest selbst / wie hoch Dein Stand beglücket;
Drum kehrt Dein **hoher Rath** mit vollen Freuden ein.
Und da sich jeder Knecht vor Seiner Hoheit bücket /
So laß auch diesen Dienst Dir nicht entgegen seyn.
Bleib / **grosses Nürenberg** / in dem erwünschten Stande /
Wordurch Du allerseits ganz unvergleichlich bist;
Worbey Dich mancher Prinz auch im entfernten Lande
Vor eine Königin der Teutschen Städte grüst.
Der Himmel lässet Dich von keinem Wetter rühren.
Paßt ein verwirrter Schwarm auf Deinen Uberfluß:
So wird ein blosser Schuß dergleichen Donner führen /
Daß der erboste Hahn zu Neste kriechen muß.
Gesetzt / weil seine Wuht voll Flamm' und Glut gewesen /
Er stecket auf der Flucht Heu / Stroh und Hütten an:
So lässt er sich zum Schimpff aus solcher Asche lesen /
Daß er in Felß und Burg kein Fünkgen bringen kan.
Die Tugend und Dein Glück / das mit der Ehre partet /
Trägt Deinen Ceder-Ruhm den Sternen gleich empor.
Und wie Dein Wunder-Bronn nur auf den Frieden wartet /
So fließt ein Friedens-Thau bey seinen Qvellen vor.
Dann findet alle Welt / so Deine Pforten kennet /
Daß Deine Pracht / Dein Glück bey nahe Göttlich ist.

Und wie Dich Griechenland die Seelige genennet /
So machet Altdorf erst / daß Du Unsterblich bist.



ACTVS PROMOTIONIS DOCTORALIS


IN FACVLTATE THEOLOGICA

PRIMVS

celebratus

ALTDORFII NOR.

a. d. xxx. Junii, A. O. R. CIↃ IↃC XCVII.



LECTORI BENEVOLO

salvere, & bene rem gerere.




Eractis ita diei primi, seu ipsius festi Academici, primariis sollennibus, ad continuandam augendamq; horum celebritatem, seqvente Mercurii, qvi erat trigesimus Junii, publica instituebatur Promotio Doctorum octodecim; *trium in Facultate Theologica, novem in Juridica, sex in Medica; ac* trium *insuper* Philosophiæ Magistrorum, *qvorum primus etiam Laurea* Poëtica, *more Academico, est condecoratus. Et cum per Programmata a Decanis singulis conscripta, ac pridie, ipsove die festo, publice affixa, & seorsum qvoq; per selectos Studiosos, Domini, Patroni, Hospitesq; insigniores, ad hanc pariter sollennitatem præsentia sua exor-*

exornandam invitati essent, circa seqventis, qvem diximus, diei horam nonam antemeridianam, Rector Magnificus, Decani ac reliqvi Professores, ut & Candidati, pluresqve Cives Studiosi, in Collegio rursum congregati, exinde, praeuntibus tubicinibus, ac pueris faces librosqve, ministris vero academicis sceptra praeferentibus, inter campanarum sonitum ex ædis sacræ turri datum, ad aream arcis oppidanæ interiorem processerunt. Vbi mox iterum comparuerunt Generosissimi Vniversitatis Curatores, Magnificus Procancellarius, Hospitesqve celebriores; &, suo qvisqve ordine ac loco, processus pompam, ex arce ad Collegium rursus, & in auditorium qvidem Velserianum, sunt exsecuti. Hìc post svaves chori Musici concentus, primùm & singillatim Actus Promotionis Theologicus, dein Juridicus & Medicus, postea Philosophicus & Poëticus, decenti modo sunt concelebrati. Qvibus sollennibus rite peractis, apprime Generosi Academiæ Curatores, Patroni & Hospites

 com-

complures, Professores item omnes, ut & novi Doctores ac Magistri, multi deniqve e Civibus Studiosis, in majore Collegii auditorio, mensis duabus longioribus accumbentes, laute cœnaverunt; sicqve omnia feliciter, sine tumultu, sine cujusqvam offensa & incommodo, exacta, & favente etiam cœli serenitate sunt consummata. Actum Theologicum, eundemqve hac in Academia primum, præmisso Programmate, en Tibi, Lector Benevole, hìc exhibemus; Orationes, ad cæteros Promotionum Actus pertinentes, ob temporis qvidem angustiam hac vice breviores, omissuri; & Programmata solùm, unde Nomina & elogia Candidatorum Facultatum omnium magis innotescant, unà cum gratiarum & præconiorum auctario, bona qvidem pace tua, adnexuri. Tu his fruere, bellissimeqvè vale.

PRO-



PROGRAMMA THEOLOGICVM.

REVIVISCE TANDEM EVSEBIE ALTDORFINA,
ET INTER CAETERAS ORTHODOXIAE EVANGELICAE
MATRES
ALMVM CAPVT EFFER.
FONS NOBILIVM IN POPVLO
ANTEHAC NVLLA PEGASI VNGVLA,
SED SPIRITVS DIVINI OPE ATQVE OPERA
EFFOSSVS,
JVRE NOVO PEGASEO,
SEV MAVIS, SIONIO
TER SACRO, TER AMPLO, TER VENERABILI
NVNC TANDEM CIRCVMCIRCA CORONABITVR,
DVM
ADMIRANDA SVPREMI SCHO-
LARCHAE PROVIDENTIA,
INDVLTV
INVICTISSIMI NOSTRI IMPE-
RATORIS
LEOPOLDI I
MAGNI, PII, FELICIS AC SEMPER
AVGVSTI,
JVSSVQVE AC NVTV
ILLVSTRIS SENATVS NORIMBER-
GENSIS,
NVTRITORIS NOSTRI LONGE BENIGNISSIMI
AC MVNIFICENTISSIMI,

 CRAS

CRAS, HOC EST, XXX JVNII DIE

IN FACVLTATE THEOLOGICA

PRIMA OMNIVM DOCTORALIS BRABEVTIAE SOLENNIA

CONCELEBRABVNTVR,

PRIVILEGIAQVE AVGVSTISSIMA,

RECENS ACCEPTA,

CONFERENTVR,

VIRIS PLVRIMVM REVERENDIS, AMPLISSIMIS ET EXCELLENTISSIMIS,

DN. JOHANNI GEORGIO PERTSCHIO,

SERENISSIMI PRINCIPIS BARVTHINI CONSILIARIO ECCLESIASTICO, ET SVPERINTENDENTI WONSIDELIENSI,

DN. CHRISTOPHORO WEGLEITERO,

SS. THEOL. IN HAC VNIVERSITATE PROFESSORI PVBLICO, ET VERBI DIVINI IN ECCLESIA HAC OPPIDANA MINISTRO,

NEC NON

DN. JOHANNI MICHAELI LANGIO,

PASTORI HACTENVS VOHENSTRVSANO, NVNC AVTEM DESIGNATO SS. THEOL. IN HAC VNIVERSITATE PROFESSORI PVBLICO,

POSTQVAM SINGVLARES, RARAS ET EXIMIAS IPSORVM IN THEOLOGIA DOTES

EXAMINA CONSVETA ET SPECIMINA INAVGVRALIA

DE INAVGVRALIVM DISPVTATIONVM THEOLOGICARVM ORIGINE AC JVRE,

DE SERPENTE TENTATORE,

AC

DE EFFICACIA MINISTERII VERBI ET SACRAMENTORVM PER HOMINES MALOS ADMINISTRATI,

PROBATAS OMNIBVS ABVNDE DEDERVNT.

EIA!

A DOMINO FACTVM EST ISTVD, ET EST MIRABILE IN OCVLIS NOSTRIS.

HOSIA-

HOSIANA! HATZLICHANA!
O FONS ET ORIGO OMNIS BONI, DEVS,
BENEDIC FONTI HVIC NOBILIVM IN POPVLO, QVEM
DEXTERA EFFODIT TVA,
ET FAC, VT LONGAM ECCLESIAE TVAE ORTHODOXAE
SCATVRIAT SALVBRITATEM!
VOS AVTEM,
FONTIS HVJVS NORICO-ALTDORFINI AESTIMATORES
OMNES ET SINGVLI,
MAXIME GENEROSI AC PRVDENTISSIMI DOMINI
CVRATORES,
MAGNIFICE DOMINE RECTOR,
PERILLVSTRIS AC GENEROSISSIME LIBER BARO,
MAGNIFICE, PERSTRENVE ATQVE CONSVLTISSIME
DOMINE PROCANCELLARIE,
GENEROSE AC PERSTRENVE OPPIDI PRAEFECTE,
CELEBERRIMI EXCELLENTISSIMIQVE FACVLTATVM
OMNIVM DOMINI PROFESSORES,
VOSQVE NOBILITATE GENERIS, ERVDITIONE
ET VIRTVTE FVLGENTISSIMI CIVES AC HOSPITES,
PRÆSENTIA LONGE SPLENDIDISSIMA,
FAVENTIA DESIDERATISSIMA,
AVDIENTIA BENEVOLENTISSIMA
AVSPICALE HOC, IN COLLEGIO WELSERIANO
QVOD AGETVR, FESTVM
VT PROSEQVAMINI ET EXORNETIS,
OBSERVANTER ET DECENTER INVITAT, ROGAT, OBSECRAT
PROMOTOR AD HVNC ACTVM LEGITIME DESIGNATVS

CHRISTOPHORVS SONNTAG,

SS. THEOL. DOCTOR ET PROF. PVBL. PRIMARIVS,
ECCLESIAEQVE OPPIDANAE ANTISTES.
P. P. ALTDORFI SVB MAJORI EJVSDEM FACVLTATIS SIGILLO,
ANNI M DC XCVII. VIGESIMO NONO JVNII DIE,
APVD NOS NON TANTVM APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI FVNDATIONISQVE ACADEMICAE MEMORIAE, SED ET SOLENNISSIMAE NOVORVM PRIVILEGIORVM CAESAREORVM PVBLICATIONI SACRATO.

ORA-

ORATIO
CHRISTOPHORI SONNTAGII,
S. THEOL. D. ET PROF. P. DECANI ET BRABEUTAE.

Illustris REIP. NORIBERGENSIS, *dulcis ac munifica Nutricis nostra, Splendidissimi* DOMINI DELEGATI, *Vniversitatis nostra Altdorfina* CVRATORES *longe meritissimi, Viri Maxime Generosi atq; Prudentissimi,* MAGNATES PATRIAEQVE PATRES, *sancte, pie & obseqviose devenerandi;*

Magnifice VNIVERSITATIS RECTOR,

Magnifice, Perstrenue atq; Consultissime DOMINE PROCANCELLARIE,

Generose ac Perstrenue OPPIDI PRAEFECTE,

Excellentissimi Facultatum omnium DOMINI PROFESSORES,

Vosq; omnium Ordinum atq; Ortuum HOSPITES *ac* CIVES, *Nobilitatis, doctrinæ & virtutum ornamentis conspicui, mihi honorandi, æstimandi, deamandi!*



PRopter Sion non tacebo, & propter Jerusalem non qviescam: Eris corona gloriæ in manu Domini, & cidaris in manu Dei Tui. Super muros Tuos, Jerusalem, constitui custodes: tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Ita unigenitus Dei Filius Ecclesiæ Sponsæ, qvam *Chebziba* suam appellat, decorem omnino augustum legitur apud Esaiam, Veteris instrumenti Evangelistam, benigne pollicitus.

Ego

Ego vero nihil obstare video, qvo minus id, qvod de Ecclesia universim ille pronunciat, nunc ad qvamvis Ecclesiam particularem, qvam vocamus, adeoqve ad Vniversitatem hanc nostram Altdorfino-Noricam, pupillam oculi divini, dextre accommodari posse censeam. Corona gloriæ & cidaris in manu Domini Sion audit. Ecce! Hodierna Panegyris (ita sentio moneoqve, locum date sacra ferenti) corona qvatergemina, tiara qvatergemina, cidari qvatergemina, diademate qvatergemino, Vniversitatem nostram, utpote Sponsam, de qva æternus Dei Filius nihilosecius dicit *Chebzibah*, h. e. Voluptas mea in illa, novissime redimitam exornatamqve reddit. Nec pœnitet hæc elocutum esse; en igitur! dictis fidem faciam. Prima utiqve Cidaris nova, auro & smaragdis qvasi intertexta, Tute es, Præses hujus Consessus longe gravissime, Perinclyte Domine Proto-Scholarcha, Domine *Carole Gottlieb Harsdörffere.* Ceciderat paucis abhinc mensibus corona de capite nostro: obdormierat placide in JESV suo qvi Vir & qvantus? *Carolus Welserus*, insigne nomen, Satrapa de Rep. Noribergensi immortaliter meritus, Vniversitatis nostræ totiusq; adeo rei literariæ delicium. Sed en! Qvod amisimus in *Welsero*, id idem abunde recepimus in TE, o divinissime *Harsdörffere*, o & Præsidium & dulce decus nostrum, o magnum magni Patris incrementum, o diadema novum Reipublicæ, diadema novum Academiæ, diadema novum elegantioris literaturæ. Tres connumerant Hebræorum prisci coronas, legis, regni, sacerdotii. Persta diu, Dynasta gratiose, perstesq; precamur omnes. Persta diu, corona status Politici, Triumvir perinclyte. Persta diu, corona status Ecclesiastici, Devenerande Ecclesiarum Ephore. Persta diu, corona status Academici, Spectatissime Proto-Scholarcha, perstansq; diu autoritate undiqvaqve Tua circumradia & exsplendesce. Altera, eademq; gemmata, itidem nova cidaris, qva festa hæc Panegyris nostratem almam condecorat, Tute es, maxime Generose ac Prudentissime Domine *Carole Sigismunde Grund-*

 herre,

berre, Domine in Altenthann & Weierhaus, Illustri Reipublicæ Noricæ a Secretiori Senatu, nec non Scholarcha & Curator Vniversitatis nostræ recens electe, longe gravissime. Gratulabunda TE omni jure ac merito nunc excipit, veneratur & salutat Palæcome, submissaq; ac decenti cum observantia primam isthanc, actui promotionis hodiernæ indultam, præsentiam Tuam exosculatur. Sic efflorescat indies Grundherriani Nominis magmentum! Sic Tute diu vivas in afflictæ Reipublicæ solatium! Sic in seros usq; annos emineas in Generosæ Tuæ prosapiæ ornamentum! Sic diu sospes & incolumis evadas in Vniversitatis nostræ gaudium & singulare emolumentum! Servet Trinunus totum Eminentissimum Scholarchatus nostri Ordinem! Servet singulos ejusdem Assessores longe Sapientissimos! Servet Qvaternarium isthunc divinissimum! Servet tot annis, qvot in Patriam meritis! Servet qvam optatissime, diutissime, constantissime! Venio nunc, dum Laconicam sector brevitatem, ac tempus aliis, in hoc theatro hodie peragendis, præripere subvereor, ad tertiam cidarim, tertiumve diadema, qvo Academia nostratis hodie insignita (liceat confidenter loqvi) hilare caput exerit, qvoq; tripudiat ac superbit. Rumino Esaianum illud meum: *Propter Sion non tacebo, & propter Jerusalem non qviescam: Eris corona in manu Domini, & cidaris in manu Dei Tui.* A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Hæc est dies, qvam fecit Dominus: Exultemus & lætemur in ea! Vultisne ergo, ut dicam apertius, qvod subticere nec fas, nec æqvum est? Agite, removebo siparium, & edisseram edisserenda. Ecqvis, amabo, Vestrûm, Domini & Auditores, tam peregrinus tamq; hospes est in Israële, qvin ea noverit, qvæ superioribus diebus ibidem contigêre? Qvisnam, obsecro, ignorat, coronatum manu Cæsarea nostrate Collegium Theologicum, jureqve creandi Licentiatos & Doctores eodem, qvo alia tum hujus, tum aliarum Academiarum privilegiatarum Collegia gaudent, amplissime dotatum esse?

Nexuit

Nexuit hanc coronam, nobisq; hæc fecit otia bonorum omnium fons & autor unicus, Deus ſanctus atqve benedictus, cujus gloriæ ſerimus ac metimus, qvem Scholarum & Academiarum gerere curam hodie perſpicimus, qvemq; propagandæ cumprimis Eccleſiæ orthodoxæ rationem habere, hodie intelligimus, agnoſcimus & obſervamus. Nexuit eam, ceu dixi, manus Cæſarea. Qvemadmodum enim auguſtiſſimus glorioſæ memoriæ Imperator FERDINANDVS II inclytis Facultatibus, Juridicæ ac Medicæ, utut flagrante tum Germaniæ bello luctuoſiſſimo, hæc indulſerat jura: Ita & nunc, haudquaquam ſine ſtupenda ſummi Numinis directione, Invictiſſimus noſter LEOPOLDVS inter medias belli flammas eadem voluit confirmata, & ad Facultatem noſtram Theologicam omnium clementiſſime extenſa. Nexuit eandem denique, ſi a Deo Trinuno & Imperatore diſceſſerimus, Illuſtris *Senatus Noribergenſis*, Nutritius noſter munificentiſſimus, Propago Heroica, Beatiſſimorum Majorum vere æmula. Id qvod dum ea, qva par eſt, pietate ac reverentia prædico, recordor nummi memorialis, qvem anno hujus ſeculi XXIII, publicatis hic loci privilegiis Ferdinandinis, gemmula Imperii Romano-Germanici totiusq; Germaniæ ocellus, Reſpublica noſtratis, cudendum duxit, qvi præter alia ἀπεικονίσματι exhibet Pileum Doctoralem, impoſitum libro aperto, cui inſculpta leguntur verba Græca τῇ ἀρετῇ καὶ τιμῇ, h. e. Virtuti & Honori. Et Pileus autem & Liber admodum ſcite inſignibus laudatiſſimorum illorum Septemvirorum, qvorum humeri ſummam rerum, ceu Atlas cœlum, tum ſuſtinuere, circundantur. Qvanto perfuſi gaudio tum fuerint hi Patres Conſcripti Norici, nunc in cœlis triumphantes, & hæc terreſtria videntes pedibus ſubjecta, vel me tacente nemo non exiſtimare poteſt. Tantis itaqve Majoribus pietate & virtute haud ſecundi, proq; Vniverſitate noſtra, tanqvam cimelio ac Palladio ſuo, paterne ſoliciti, hodierni Statores maxime Gene-

rosi Prudentissimiq; consiliis suis edecumatis atqve consummatissimis rem tanti momenti unanimiter decretam ab Aula orbis terrarum Domina feliciter obtinuerunt. O Satrapæ magni! O Consiliarii verendi! O Evergetæ plus oculis dilecti! Monumentum ære perennius regaliqve situ Pyramidum altius exegistis, dum hoc opus exegistis, dum ursistis, dum auspicato consummastis. Omnis posteritas, si qva futura est, vestram sapientiam admirabitur, exteri suspicient, & orthodoxa cumprimis Ecclesia qvam uberrime persentiscet. Qvæ cum ita sese habeant, repetere denuo fas sit Esaianum meum προσκέλευσμα: *Propter Sion non tacebo, & propter Jerusalem non qviescam. Non nobis, Domine, non nobis; sed nomini Tuo da gloriam, propter misericordiam & veritatem Tuam!* O æterne Deus, sine cujus numine nihil est in homine, Tu flexisti, Tu rexisti, Tu duxisti corda Superiorum, seu rivos aqvarum, ut fierent ea, qvæ hodierna comprobat dies, qvæ tantisper desiderarunt, exoptarunt, anhelarunt beati Antecessores, qvæqve multi his præsertim exulceratissimis temporibus fieri neqvaqvam posse crediderunt. Tu facis, ut nunc, dum advesperascit in Israële, nova oriatur lux, nova affulgeat spes, nova surgat gloria, nova Facultatis nostræ, hactenus tantum non emortuæ, pullulet & reviresc at vita. O Deus Israëlis, benedictum sit nomen Tuum in seculum seculi! Sed enim qvo me rapit affectus? Qvarta mihi nunc deprædicanda restat cidaris, qva instructa Sponsa Dei dilecta nostratis Vniversitas, ejusdemque adeo Facultas Theologica, hodie ex coronata redditur coronans. Eo qvippe accommodo benignum, qvod adjecerat Propheta, Filii Dei promissum: *Super muros tuos, Jerusalem, constitui custodes: Tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt.* En vobis, Domini & Auditores, in hanc cathedram honorificentissime deductos, freqventiq; Vestro conspectui expositos, dextros, fideles atqve vigiles murorum Sionis custodes! En Viros, qvibus Alma nostra Palæcome hodie diadema Doctorale destinat, pro tot animarum salute excubantes, to-

taq;

taq; die totaq; nocte, ut cum Propheta denuo loqvar, in perpetuum non tacituros. Sunt autem illi, qvos eqvidem nunc sisto, & in qvos, manifesto benevolentiæ signo, oculorum fere omnium aciem conjecistis, Viri Reverenda maxime dignitate, Amplitudine atque Excellentia conspicui,

Dominus JOHANNES GEORGIVS PERTSCHIVS, Serenissimo Marchioni Brandenburgensi a Consiliis Ecclesiasticis & Superintendens Wonsideliensis Spectatissimus,

Dominus CHRISTOPHORVS WEGLEITERVS, SS. Theol. in hac Alma Prof. Publicus, & in Ecclesia oppidana Verbi Divini Minister Vigilantissimus,

ac

Dominus JOHANNES MICHAEL LANGIVS, à *Langenthal*, hactenus Ecclesiæ Vohenstrusanæ in Palatinatu Solisbacensi Pastor Meritissimus, nunc autem SS. Theol. in hac Vniversitate Professor Publicus designatus longe Dignissimus.

Clementis Alexandrini Lib. VII. Stromatum præclara sententia est, *dari, qvemadmodum gymnicis in certaminibus, ita* nihilosecius *in Ecclesia coronas virorum.* Neqve multum hinc abludit effatum Chrysostomi in Oratione περὶ τοῦ μὴ καταφρονεῖν τῆς θείας Ἐκκλησίας, *toties Ecclesiam coronari, qvoties Martyr vincat, Doctorve pro cathedra dicat*, arbitrantis. Eqvidem non dubito asserere, Nostros hos Dominos Candidatos bene hactenus certasse, bella Domini bellasse, hostesq; veritatis ac pietatis

 munia

munia cum Ecclesiastica, tum Professoria ministrando, masculè impugnasse, vicisse, prostravisse. Eia! Sic itaqve certantibus læta corona datur. Sic athletarum JESV CHRISTI triumphantium temporibus sacris eadem imponitur. O faustum agonem, qvi exantlatus brabeum tam optabile deportat! Neque enim illud ab hominibus solis proficiscitur; verum, uti Propheta interpretatur, est עטרת תפארת ביד-יהוה *corona gloriæ in manu Domini.* Volebat dicere: Est ejusmodi corona, qvam sua ipse manu Dominus imponit. Adeo corona Doctorum est corona Dei: adeo Filius ipse Dei ad dexteram Patris exaltatus, dum Ecclesiæ sufficit Pastores atq; Doctores, Sponsam isthanc suam benigne coronat. Enimvero cum unum necessarium mihi superesse videam, priusqvam mei satagam officii, ut nimirum, autoritate Superiorum ad actum nunc præsentem benevole stipatus, accedam; ideo converto me ad Te, Vir Magnifice, Perstrenue atq; Consultissime, Domine CHRISTOPHORE PELLERE, *Jurisconsulte* longe famigeratissime, Serenissimorum aliqvot Imperii Principum, cumprimis Illustris Reip. Noribergensis, Consiliarie Excellentissime, Universitatis nostræ Procancellarie Splendidissime, Domine ac Patrone mi observande, deamande ac faventissime. Ad Te, inqvam, me converto, o Bulevterii Norici medulla, o rei literariæ corculum, o organon divinitus excitatum & accessionibus Academiæ nostratis reservatum, cujus amussitatis, edecumatis ac vere paternis consiliis magna ex parte debet umbratilis Eusebie nostra, qvod cidarim nunc præsentem gestet. Cumqve adeo nostrorum horum Candidatorum eruditio & orthodoxia hactenus abunde probata, nuper etiam publicis privatisq; speciminibus explorata fuerit, digniq; propterea illi judicati, qvi summis in Theologia honoribus admoti solenni isthoc pietatis & industriæ suæ præmio coronarentur; hac de causa Magnificentiam Tuam eqvidem rogo majorem in modum & obtestor, ut, de Procerum Curiæ nostratis scitu & sententia, primo huic tam venerabili

Tri-

Trifolio Dominorum Candidatorum Altdorfinorum potestatem aſpirandi ad meritum Doctoratus titulum des & largiare; qvo illi Tuo conceſſu munereq; in ampliſſimum dignitatis, qvam indigna eqvidem conferre voce & manu poſſim, evehi gradum qveant. Qvo nomine, qvod maximi ſunt beneficii loco habituri, & TIBI & toti noſtro ordini fidem illi & gratitudinem ſuam perpetuo volunt addictam, obſignatam, mancipatam.

RESPONSVM MAGNIFICI DN. PROCANCELLARII,

FIngunt Poëtæ & narrant Hiſtorici qvidam gentiles, Prometheum Japeti filium, Deucalionis patrem, primum ex luto hominem formaſſe; ac Minervam hoc ejusdem opus & ingenium prædicantem, ſemet daturam ipſi promiſiſſe, qvicquid apud Superos ad perficienda cœpta pertinens reperiri qveat: & cum Prometheus dubitaret, an apud iſtos aliqvid ſupereſſet, qvod operi ſuo utile foret, ope Minervæ eundem in cœlos eſſe delatum; ubi cum corpora omnia cœleſti igne videret animata, idqve ipſum operis ſui con-

ſum-

ſummationi vel maxime conducibile fore exiſtimaret, ferulam, qvam tunc in manibus geſtabat, rotæ ſolari admoviſſe, eaqve accenſa ignem in terram reportaſſe, luteumq́; ſuum hominem animaſſe. Idqve ipſum facinus adeo Jovis iram incendiſſe perhibent, ut illius ulciſcendi cauſſa, Pandoræ ad Prometheum deferendam tradiderit pyxidem, qva aperta mille morborum aliarumq́; calamitatum generibus genus hominum affligeretur & inficeretur. Qvo reſpexiſſe Horatium facile apparet, cum canit:

Carm. lib. I. Ode 3.

Audax Iapeti genus
    ignem fraude mala gentibus intulit.
Poſt ignem ætheria domo
    ſubductum, macies & nova febrium
terris incubuit cohors:
    Semotiq; prius tarda neceſſitas
lethi corripuit gradum.

Addunt inſuper, Jovem Prometheum ipſum, per Mercurium Cauca ſo monti alligandum curaſſe, aqvilamq; adhibuiſſe jecur ejus aſſidue depaſcentem. Refertq; Pauſanias, in Academia, Gymna-

In Atticis ſive Veteris Græciæ Deſcript. lib. I.

ſio

ſio non longe a muris Athenarum diſſito, Promethei aram eſſe, a qva homines in urbem accenſas lampades præferentes decurrant; in eoqve certamen conſiſtere, ut accenſæ conſerventur, eumqve, cujus fax exſtincta fuerit, victoria ſucceſſori cedere; eademqve ratione hunc tertio: qvod ſi nulli ardentem perferre licitum fuerit, palmam in medio relinqvi.. A qvo ritu proverbialem metaphoram, Curſu lampada tradere, *pro eo, qvod eſt, partes ſuas qvaſi ſucceſſione in alium atq; alium transferre, originem duxiſſe, recte qvis cum Eraſmo putaverit.* Adag. Chil. I. Cent. 2. Prov. 38. *Anne vero qvispiam erraverit, ſi fabulam hancce in ſcenam hujus mundi velit transferre, & dicta S. Gregorii Nazianzeni ruminari,* Homines ſumus, *inqvientis*, ampliſſimi & contemtiſſimi: terreſtres & cœleſtes: mortales & immortales: hæredes lucis & tenebrarum, prout in hanc vel illam partem inclinaverimus. Talis eſt noſtra mixtio, & ob hanc cauſſam, qvantum ego qvidem diſpicere poſſum, conflata, ut, ſi

qvando extollamur propter imaginem DEI, (ad qvam facti sumus) contrahamur ob pulverem: *sibiq; in memoriam revocare, solam rationem, qvasi ignem cœlo delatum, a brutis nos distingvere, & ad cognitionem rerum divinarum manu nos ducere, & corda ad Creatorem nostrum sursum vertere. Nam ut ignis est elementorum purissimum, subtilissimum, simplicissimum, actuosissimum; sic spiritus sive animus noster sit ab omni concretione & compositione terrena remotus, purus, simplex, vividus, mobilis, & instar flammæ sursum enitens ad Conditorem suum, unde profectus est. Moriatur homo, anteqvam moritur; ac priusqvam ultimum vitæ momentum immineat, a morbis & calamitatibus animo invictus in id enitatur, ut accensam sibi lampadem in vocatione sua ardentem conservet, firmiterqve persvasum sibi habeat, suum cuiqve decus posteritatem rependere; & si qvorundam judicia malignitas & invidia tardaverit, verum de se dicturos esse posteros. Qvandoqvidem igitur* Gene-

Generosus & Prudenti Sapientia Illustris Dominus CAROLVS WELSERVS *a Neunhoff, ad eminens Duumviri & Ærarii publ. Præfecti fastigium evectus, nec ita pridem vitam mortalem cum æterna gloriose commutans, Tibi, omnium elogio major Domine* HARSDÖRFFERE, *lampadem Vniversitatis hujus Curatoris Principis, Ephoriqve summi tradiderit, eoq; ipso Te, Generosum Prudentissimumqve Dominum* GRVNDHERRVM *ad stadium studiorum tuendorum strenue decurrendum excitaverit, voto vota jungo precorqve, ut id ipsum in uberrimum Rei tam publicæ qvam literariæ incrementum, grande Vniversitatis Altdorfinæ solatium, & vestri Nominis, Patroni Optimi Maximi, adeptæqve jam dudum gloriæ æternum augmentum & fulgorem, feliciter vergat & eveniat!*

Sed ne Ego Christophorus Peller, *Academiæ hujus Procancellarius, Te, plurimùm Reverende Domine* CHRISTOPHORE SONNTAGI, *Theologiæ Doctor excellentissime, Domine Fautor & Amice venerande, colende, honoratissi-*

mamq; Dominorum Candidatorum Trigam, singularibus raris & eximiis in Theologia dotibus instructam, diutius morer, & primum huncce in Theologica Facultate creandi Doctores, post Privilegium Augustissimum impetratum, actum longius protraham, Tibi, Brabevtæ lætabundo, lætus & vehementer gaudens, & gratulabundus de tantis huic Vniversitati factis Præeminentiarum accessionibus, & qvod illos inter Dominos Doctorandos sit Christophorus, *qvem per Dei benignitatem olim in actu baptismali mihi filium spiritualem nancisci contigit, & qvem ad instar ocelli diligo & amo, lubens meritoqve largior qvod desideras, facultatem nempe ac potestatem creandi, renunciandi & proclamandi Doctores Theologiæ meritissimos,*

DN. JOHANNEM GEORGIVM PERTSCHIVM, Serenissimi Principis Brandenburgico-Culmbacensis Consiliarium Ecclesiasticum, ac Superintendentem, Wonsidelienſem laudatissimum,

DN. CHRISTOPHORVM WEGLEITERVM, S. Theologiæ in hac Vniversitate Pro-

Professorem Publicum, & Verbi Divini in Ecclesia oppidana Ministrum pientissimum,

DN. JOHANNEM MICHAELEM LANGIVM, Pastorem hactenus Vohenstrusanum, nunc SS. Theologiæ in hac Vniversitate P. P. expectatissimum: (indultu singulari Inclytæ Vniversitatis Halensis; cui proinde Dn. Candidatum eo nomine, & qvod antehac ibidem licentiam adipiscendi hosce honores nactus fuerit, obstrictum devotumq; semper mansurum, plane confido:)

Sic ut posthac omnibus honoribus, privilegiis, præeminentiis, dignitatibus, qvibus alii sui Ordinis Doctores gaudent, gaudere debeant & possint; Idqve vigore heri solenniter prælecti Privilegii augustissimi, qvo Sacra Cæsarea Majestas, LEOPOLDVS, *Imperator ac Dominus noster omnium Clementissimus, Academiam hancce denuo beavit, præsentibus item ac annuentibus generosis & benignissimis Vniversitatis hujus Dominis Curatoribus. Qvod felix, faustum fortunatumqve, in Nominis sui exaltationem æternum Numen esse jubeat!*

JURAMENTUM

accensis facibus, a Notario Academico prælectum, & a singulis Candidatis præstitum.

EGO NN. juro, me amplecti doctrinam Verbi Divini incorruptam, sicuti in libris Propheticis & Apostolicis tradita est; & hanc ita intelligere, ut in Symbolis Apostolico, Niceno & Athanasiano recitatur, & repetita est in libris Symbolicis Ecclesiarum Augustanæ Confessioni addictarum. Deinde promitto, me fideliter Ecclesiæ serviturum, & si qvæ incidant controversiæ novæ, de qvibus non exstant perspicuæ dijudicationes, non temere de iis, nec solum pronunciaturum, sed rem istam communicaturum Theologis, vel in hac Universitate, vel in alia, doctrinam Augustanæ Confessionis puram & incorruptam retinentibus. Deniq; Inclutæ Reipubl. Norimbergensis, ut & Universitatis Altdorfinæ filiæ ipsius, ac præcipue Ordinis Theologorum, commoda & utilitatem, qvovis loco & qvocunqve tempore, pro virili procuraturum.

Ita me Deus adjüvet!

RE-

RENVNCIATIO.



Vod igitur faustum & felix, qvod Ecclesiæ Orthodoxæ salutare, qvod Vniversitati nostræ Altdorfino-Noricæ, totiqve adeo rei literariæ, prosperum & auspicatum sit, ego CHRISTOPHORVS SONNTAGIVS, SS. Th. D. & P. P. Ecclesiæqve oppidanæ Pastor, Promotor ad hunc actum legitime constitutus atq; designatus, autoritate & potestate Cæsarea, qvæ Ordini nostro hac in actione cumulate facta est, & qva in præsentia fungor,

TE, Domine JOHANNES GEORGI PERTSCHI, Serenissimi Principis Baruthini Consiliarie Ecclesiastice, & Superintendens Wonsideliensis,

TE, Domine CHRISTOPHORE WEGLEITERE, SS. Theol. in hac Alma Professor Publice, & in Ecclesia oppidana Verbi Divini Minister,

TE deniqve, Domine JOHANNES MICHAEL LANGI, a *Langenthal*, hactenus Ecclesiæ Vohenstrusanæ Pastorem, nunc autem SS. Theol. in hac Vniversitate Professorem Publice designatum,

Vos, inqvam, SS. Theologiæ Licentiatura prius rite condecoratos, jam etiam SS. Theologiæ Doctores creo, renuncio & proclamo, in nomine Patris, & Filii & Spiritûs S. Amen.

Qvem

Qvem Triunum, verum, ſolum & viventem Deum, omnis ſapientiæ ſcientiæq; fontem & autorem, ſuper Vobis invoco, toto pectore precor, rogo & obteſtor, ut hanc honoris veſtri acceſſionem ad Nominis ſui gloriam, Eccleſiæq; ac Veſtram ipſorummet ſalutem perpetuam pertingere ille faxit! Addico Vobis ſimul, juxta tenorem Privilegii Cæſarei recens ab Illuſtri Senatu noſtro impetrati, omnes & qvascunq; dignitates, præeminentias, immunitatesqve, qvibus Electoralium, Ducalium, aliarumq; Academiarum Doctores in Imperio Romano gaudent, potiuntur, utuntur & fruuntur.

Et qvoniam cana antiqvitas ritus qvosdam aſpectabiles ceremoniasq; non inanes, ſed maxime σημαντικὰς, hujusmodi renunciationibus ſubjunxit; ipſe nihiloſecius morem hic loci uſitatum retinebo, idq; non alium, ita mihi optata contingant, ob finem, qvam hunc, ut ejusdem conſvetudinis obtutu, qvid Vobis conferatur, & qvam poſthac perſonam ſuſtineatis, in oculos mentesq; viſentium incurrat. Agite igitur,

Maxime Reverendi Domini Doctores,

Vos primum in *cathedram* ſuperiorem aſcendere jubeo. Noſtis ſane tritum illud Hermenevticum, qvo perſonant ſcholæ, actionem qvippe ſæpius tum fieri in ſacris dici, cum augeſcit aut increbeſcit. Hanc ipſam proinde cathedram ſuperiorem Vos qvidem adhuc fideliter, & autoritate tam Sacerdotali qvam Profeſſoria, deinceps vero etiam nomine inſigniori atqve auguſtiori, hoc eſt, Doctorali colluſtrabitis. Ego vero hac ipſa ceremonia, ceu nova qvadam initiatione, Vos in poſſeſſionem docendi reddendiq; Verbi divini mitto, in qva (nihil enim addubito) ſic verſabimini diligenter, ſancte & innocenter, ut uberes ingenii doctrinæq; fructus non Vobis tantum decerpere, ſed cum aliis etiam, veſtræ opis indigentibus, communicare poſſitis.

Aperio vobis *libros*, qvibus argumenta ſacrarum literarum deſcripta, divinoq; ſatu qvaſi diſperſa ſunt, ut porro habeatis hunc tanqvam fertiliſſimum diſciplinæ noſtræ fundum;

unde

unde istiusmodi fructus demetere liceat largiter & copiose, dum tamen ingenio, solertia, judicio, studio, integritate, sed & sedulitate uberem doctrinæ sementem ante feceritis.

Ecce autem! *Hos* eosdem Vobis *clausos* propono, qvò, veluti altissimarum supraqve omnem rationis humanæ captum positarum rerum notiones, qvamlibet absentes, animo conclusas tenemus & peregre circumferimus; ita etiam Vobis memineritis, jam sacri fundi possessionem animo claudendam, & in promtu habendam esse semper, ut ubivis absqve libris domi forisqve Vobiscum ambulet, obversetur, pernoctet, peregrinetur, hospitetur cœlestis Sapientia; unde in promtu numeratoqve sit, qvo in subitis casibus Vobis juxta & aliis cavere recte possitis; neqve committendum est unqvam, ut vestra minus Bibliotheca sapere cuiqvam videamini.

Præterea *pileum* impono, priscum docentium insigne, non tantummodo datum, ut Vobis potestas docendi palam fiat, neqve solum eo, ut vestrum hoc ornamento caput convestiam; verum hinc ut in memoriam identidem redeatis, pro multorum capitum æterna salute Vobis strenue constanterqve in hoc ipso, qvod Vobis confertur, ἀυχήματι laborandum esse.

Tribuo *annulum* Vobis aureum, vetus nobilioris ordinis, in qvem asciscimini, jus & ornamentum. Sed ab hoc digitorum decore præterea velim discatis, Verbum Domini, qvod profitemini, qvovis auro qvovisqve obryzo esse pretiosius, doceatisqve alios divinam illam sapientiam, inde usqve ab aureo integritatis statu, non per naturæ, sed gratiosæ revelationis lumen nobis affulgentem.

Qvam ipsam deniqve Sapientiam, qvam ipsam volo dicere Theologiam, hoc complexu ac *osculatione* benevolentiæ sese totam offerre vobis, persvasum habete, petereqve pariter,

mutuo se colatis amore, pacemq; nostri ordinis & conjunctionem omnibus pietatis humanitatisqve officiis tueri comiter, & augere perofficiose contendatis.

Qvæ cuncta nullus dubito, qvin assidue meditemini conservetisqve diligenter, qvo sincerorum Theologorum munus, qvod a Vobis axioma modo susceptum postulat, ad Vestram & multorum utilitatem obire, & ad extremum usqve spiritum fideliter tueri ac retinere possitis.

Reliqvum nunc esset, ut omnes & singuli eximiæ doctrinæ vestræ specimina ederetis; sed cum temporis compendifaciendi sit habenda ratio, tu solum eloqvere, Excellentissime Domine Doctor *Wegleitere*, & fac, ut veluti Professoris modo hactenus, ita nunc primam insuper novi Doctoris vocem omnes ex te audiamus.

ORATIO
DN. Prof. WEGLEITERI, Doctoris recens creati.



SI qvando libera mihi relinqveretur optio, *Domini & Auditores Generosissimi, Magnifici, Excellentissimi, Honoratissimiq;*, mallem intima animi mei sensa profundissimo silentio premere, qvam inertiam meam in hac panegyri palam prodere. Sed qvoniam a Venerando Domino Brabevta dicere jussus sum, idcirco gloriam obseqvii, qvam mihi unice relictam sentio, & tamen doctrinæ aut facundiæ adminiculis asseqvi non possum, sola pietate ac brevitate, qvà licet, sectabor.

Dari

Dari Gymnasia, Lycea & Academias, in qvibus non solum certa privilegia desiderantur, sed integra exulant studia, e. c. Aureliæ in Galliis solas fere Leges Civiles, Parisiis in Sorbona Theologiam, Jus Canonicum & Sophisticam tradi, aut aliqvando saltem tradita esse; in aliis scholis unicam in pretio haberi medicinam, sine dubio certum, & historiam Vniversitatum evolventibus facile notum est. Nec esse mirum aut rarum, ut Facultas Theologica, plerumq; prima ordine, postrema sit tempore, Academia Lovaniensis (qvæ meis qvoq; Musis blandum olim hospitium præbuit) suo inter alia exemplo comprobat, cui Martinus V Pontifex, anno seculi qvinti decimi vigesimo qvinto, studium Generale in facultate qvalibet, præterqvam in Theologia, concessit; Eugenius IV autem anno demum trigesimo primo Theologiam qvoqve docendi potestatem fecit, qvæ tamen ad effectum promotionis serius perducta est; teste Valerio Andrea, in Fastis Academicis studii Generalis Lovaniensis. Qvid moverit Martinum V, ut unam istam scientiarum Reginam exceptam vellet, non satis liqvidum est: Fortasse vulgare doctrinam eam, inqvit J. Lipsius, & spargere " haud ex usu censuit, neqve campum nimis aperire disputa- " tionibus super rebus divinis. Abrahamus Bzovius existimat, ideo qvoqve id a Martino factum, ut vehementius desideri- " um docendæ Theologiæ negando ingeneraret. Neq; sane " falsus opinione fuit Martinus. Statim enim atqve succes- " sor ejus Eugenius IV postulante Philippo Bono Principe " annuisset, ut in ea schola Theologiæ qvoqve arcana doce- " rentur, tanto studio in id studium Professores Lovanienses " incubuerunt, ut nulli Vniversitati primas concedere volue- " rint in tractatione rerum divinarum. Hæc ille Tom. XV. " Annal. Ecclesiast. Enimvero cum Pontifex maximus facultatem Theologicam Lovaniensi suæ per omnem vitam negaverit, an nobis portento miraculoq; simile videbitur, facultatis nostræ non studia, sed præmia aut brabea, propter magnas

caufas, ab Imperatoribus fanctiffimis aliqvandiu dilata, & ab indulgentiffimo eorum Succeffore, non nifi poft varia confilia intra pectus & in Senatu diu multumq; agitata, nunc demum conceffa effe? Videbatur moras nectere fupremus honorum arbiter LEOPOLDVS, fateor, fed hæc ipfa cunctantis religio magnæ nobis religioni effe debet. O pium Deoqve fimillimum Principem, qvi omnia tenerrimo affectu, nihil temerario impetu agit, & beneficia fua non cœca manu projicit aut effundit, fed accuratiffime collocat. Vifus fum mihi cernere Beatiffimos RVDOLPHI ac FERDINANDI Manes Cæfari noftro, adhuc ambigenti, per qvietem oblatos fic ora cœleftia blandiffime folventes: Qvid dubitas, qvid hæfitas nepotum gloriofiffime? Noli omittere qvæ nos remifimus, fed pertexe qvæ nos exorfi fumus; perfice ea, qvorum fpem aliqvam nos olim injecimus, annue precibus fupplicum, fummo favore tuo & hoc ipfo beneficio non indignorum. Nullis enim laboribus, nullis fumtibus parcunt Noribergenfes tui, ut tibi humillimam obfervantiam fidemqve devotiffimam probent; nec incaffum miffis precibus vota pro incolumitate tua affidue nuncupant & exfolvunt: dumq; Te terqve qvaterqve felicem celebrant, fe ipfos per gratiam tuam ac fub imperio tuo non minus fortunatos judicant jactitantqve. His aut fimilibus forte inductus cogitationibus, confirmata mente manuqve fubfcripfit Imperator auguftiffimus, Augufto felicior, Vefpafiano benignior, Nerva liberalior, Trajano melior, Antonino mitior, Theodofio fanctior, de qvo nos qvoqve poft alios illud Poëtæ vere ufurpamus;

Et fpes & ratio ftudiorum in Cæfare tantum:
folus enim triftes hac tempeftate Camœnas
refpexit.

Bonum

Bonum factum! Inclyta Altdorfina nostra studio qvidem Theologico jam fere ab incunabulis suis instructa, & in tantum Lovaniensi felicior erat, sed nunc reapse amplissimis etiam Facultatis Theologicæ privilegiis (qvorum tantos in posterum fructus fore auguramur, qvantum hucusqve desiderium fuit) insigniter aucta, firmiter munita, & a sciolorum, veras prioris defectus causas ignorantium, falsasq; (ut fieri solet) sæpe ineptissimas ac iniqvissimas confingentium, opprobrio fortiter vindicata est. Nostis, Domini ac Auditores, qvantopere in eruendis & designandis qvatuor Paradisi fluminibus eruditi vulgo laborent sudentqve; tres nostri hujus Paradisi fluvii hucusq; perspicui erant, nunc qvartus, velut alter Nilus, caput diu abditum felicissimis auspiciis exerit, & fontem aperte palamqve ostendit, qvi sterilitatem pristinam irrigando abrogabit, & campos Theologicos, hactenus aridos, deinceps fœcundos ac uberrimos reddet. Aderant huic arcæ fœderis jam pridem tria antiqvissima & sanctissima deposita, tabulæ legum, manna saluberrimum, & fragrantissimum sapientiæ variarumq; scientiarum θυμιατήριον seu thuribulum; nunc etiam virga Aaronis in cumulum & complementum additur, qvæ maturiores posthac fructus edet, qvo serius præter morem effloruit. Certe si quis Academiam nostram qvasi hominem aut populum consideret, totamq; ejus ætatem percenseat, tres aut qvatuor gradus ejusdem processusq; inveniet. Prima ætas ab anno superioris seculi 71 usqve ad 75, hoc est a Gymnasio fundato usq; ad apertum, sub qvieto Maximiliani II imperio extenditur. Hæc erat ejus infantia. Seqvens ad annum 78 porrigitur, qvo Gymnasium autoritate & clementia Rudolphi II ad dignitatis Academicæ culmen erectum, tituliqve ac insignia Baccalaureatus & Magisterii ex voto concessa. Hoc fuit tempus viris studiisq; incitatissimum, ideo qvis adolescentiam dixerit. Successere gemina Ferdinandi II Privilegia Doctoralia, anno hujus seculi tertio supra

 vige-

vigesimum promulgata. Hinc jam ipsa juventa, & qvasi qvædam robusta maturitas. Nunc verò ἀκμὴν plenam, & summa virilis ætatis incrementa demum attigisse videtur; utinam nec inertia, nec inopia, nec alia clade ulla unqvam consenescat: vel siqvidem senile fatum, qvod omnibus imminet, ipsam qvoqve presserit, utinam lacertos subinde moveat, & qvasi reddita juventute revirescat! Interea Facultas nostra recentissime dotata primum, triga cæterarum denuo confirmatarum secundum, ipsaqve adeo Vniversitas hæc tertium hodie natalem jure meritoq; non sine tenerrimo intimi gaudii sensu celebrat. Incidit qvidem & hic in eam ætatem ultimam, qvæ proh dolor

-- -- de duro pessima ferro est,
sangvineaq; manu crepitantia concutit arma;

Sed durate & vosmet rebus servate secundis! Inter medios fluctus Musæ nostræ Altdorfinæ dies halcyonios qvondam egerunt, iterumq; Dei ope agent. Qvisqvis RVDOLPHVM ac FERDINANDVM, nulli Imperatorum secundos, cum LEOPOLDO nostro I comparabit, qvisqvis Genitores ac Conditores Academiæ nostræ, cum ejusdem Nutritoribus & Conservatoribus munificentissimis; qvisqvis Generosissimos Dominos Ephoros atqve Legatos, qvos viventes præsentesqve veneramur & gratulabundi suspicimus, qvorum recentissimis meritis & muneribus, perinde ac cœlestibus donis nonnisi agnoscendo æstimandoqve gratiam referre possumus, cum antiqvioribus componet; qvisqvis Dominum Pellerum, Procancellarium Magnificum (qvi me ante hos septem & triginta annos e sacro baptismatis fonte libentissime susceptum, & maximis interea beneficiis exornatum, hodie demum præstantissima dote beavit) cum Camerariis, Oelhafiis Remisq; committet; qvisqvis dexterrimum hujus negotii internuntium, Excellentissimum Hochmannum, cum Splendidissimo Hehe-

Hehero aliisq; eodem munere olim functis contendet; qvisqvis amplissimum Ingolstätterum, beatum Stöberlinum, aliosqve Vniversitatis aut Facultatis nostræ Fautores ac Benefactores recentiores, cum nobilissimo Schmidtmajero & cæteris Evergetis vetustioribus accurate conferet, is miram in hac ἀνακυκλώσει seu vicissitudine personarum, rerum variarumqve circumstantiarum, harmoniam atq; conspirationem inveniet, indeq; haud vana perpetuæ felicitatis argumenta atq; indicia capiet. Qvod cito fit, cito perit; qvod vero antiqvissimis votis expetitum, tardoq; molimine perfectum est, id diuturnum aut prorsus æternum fore optamus, speramus, & propemodum spondemus. Hoc omine plenus almæ Altdorfinæ nostræ idem acclamabo, qvod olim de Lovanio suo cecinit Lipsius:

Salvete Athenæ nostræ, Athenæ Noricæ,
O fida sedes artium & fructu bona
Lateq; spargens lumen & nomen tuum!
Te Gallus & Germanus & te Sarmata
Invisit, & Britannus, & te duplicis
Hesperiæ alumnus. Qvam freqvens freqventia
Stipavit olim, & advenarum copia!
Qvæ minuit aliqvid tetricus, fateor, rigor
Et Mars cruentus: sed fuere; qvis neget?
Et fructus etiam apparet. O qvam plurimos
(Ita dico) protulistis insignes viros,
Auxilia vel consilia publicæ rei?
Qvot Famæ in æde consecrastis nomina
Perennibus victura scriptionibus?
Et porro proferetis & sacrabitis,
Si donat aliqvam mitior pacem Deus:
Donabit autem, vota vos modo & preces
Concipite.

Qvod

Qvod igitur reliqvum eſt, Tibi, DEVS ter optime maxime, qvi inter medios bellorum tumultus (qvibus non una Germaniæ noſtræ Academia in cineres aut ad ſolitudinem redacta eſt) hanc bonarum artium mentiumq; officinam olim erexiſti, hucusqve ſartam tectam conſervaſti, & luculentiſſimis divini favoris tui augmentis hodie locupletaſti, Tibi gratias, qvas mens pia concipere aut capere poteſt, maximas habemus, majores debemus ac vovemus. Tibi laurum & lauream noſtram Theologicam grata mente & lingva conſecramus, tua ſit arbor, qvam tua manu plantaſti, qva tua dona, tua beneficia in nobis, nil tale merentibus aut expectantibus, clementiſſime coronaſti. Largire porro alendæ colendæ carpendæq; uberrima gratiæ tuæ incrementa, immunem ab omni fulmine præſta, ſole tuo teneram fove, rore ac imbre tuo ſitientem humecta, influxu tuo humilem erige, corrige, dirige, ne in vanum luxuriet, ſed ad ornamentum ac emolumentum ſolidum Eccleſiæ tuæ adoleſcat, matureſcat. Fiet, ſi qvarto huic germini, perinde ac cæteris tribus, ex alto benedixeris:

Tu qvoq; perpetuos ſemper gere frondis honores!



PRO-

PROGRAMMA JVRIDICVM.

EXPANDE
CELSISSIME JEHOVA,
ALAS BENEDICTIONIS ET GRATIAE TVAE
SVPER PANEGYRIN HANC,
QVA ITERVM
FESTO LYCEI NOSTRI ANNIVERSARIO,
IN NOMINE SACRO-SANCTAE MAJESTATIS TVAE,
SVB EXCELSIS AVSPICIIS
INVICTISSIMI IMPERATORIS
LEOPOLDI,
GLORIOSISSIMI ENCOMII PRINCIPIS,
ILLVSTRIS AC PRVDENTISSIMI
SENATVS NORIMBERGENSIS
GRATIOSO MVNIFICOQVE INDVLTV,
NOVEM VIRI, NATALIVM VITAEQVE HONESTATE,
MORVM ELEGANTIA VARIAQVE DOCTRINA
ORNATISSIMI,
NOBILISSIMI, INQVAM, CONSVLTISSIMI,
EXCELLENTISSIMI ATQVE AMPLISSIMI,
DN. JOHANNES FRIDERICVS GOECKEL,
GOTHA-THVRINGVS,
ILLVSTRISSIMI COMITIS AC DOMINI, DOMINI
CHRISTIANI LVDOVICI COMITIS DE WALDEK,
CONSILIARIVS,
DN. HEINRICVS HILDEBRAND,
SORBIGA-MISNICVS,
INSTIT. IMPER. IN HAC INCLYTA ACADEMIA
PROFESSOR PVBL.

DN. GEORGIVS FRIDERICVS SCHMIDT,
NORIMBERGENSIS,
IN ILLVSTRI REPVBL. PATRIA CAVSARVM PATRONVS ET ADVOCATVS ORDINARIVS,
DN. GEORGIVS REICHARDVS HAMMER,
ALTDORFINVS,

DN. VITVS BALTHASAR KRAVSER,
NORIMBERGENSIS,
DN. CHRISTOPHORVS CONRADVS FALCKNER,
LAVFFA-NOR.
DN. MARTINVS PFVND,
NORIMBERGENSIS,
IN LAVDATA REPVBL. ITIDEM CAVSARVM ORATORES ET ADVOCATI ORDINARII,

DN. JVLIVS HENRICVS SCHWARTZ,
DRESDA-MISNICVS,
DN. JOHANNES MARTINVS MOELLER,
GöRLIZ. LVSATVS,

PLACIDA SORTE ἀπροσωπολήπτως, EXCEPTIS DVOBVS PRIORIBVS, CITRA ERVDITIONIS VLLVMVE ALIVD CAETEROQVIN PRAEJVDICIVM ITA LOCATI,
PROPTER PRAECLARAM ARTIS AEQVI ET BONI NOTITIAM, QVAM INDEFESSO STVDIO IN CELEBRIORIBVS BONARVM LITERARVM EMPORIIS SIBI COMPARAVERVNT, IN DIVERSIS LOCIS ET TRIBVNALIBVS PARTIM ACCOMMODAVERVNT, PEREGRINATIONIBVS PARTIM ELEGANTIORIBVS EXPOLIVERVNT,
MAXIME VERO IN SOLENNIBVS EXAMINIBVS ET PVBLICIS DISPVTATIONIBVS SINE PRAESIDE LAVDABILITER HABITIS, DECENTER PROBATVM DEDERVNT,
SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES
INSIGNIA AC PRIVILEGIA
RITE ET LEGITIME EX COLLATIONE,
MORE MAJORVM FESTIVALI, NANCISCENTVR.

AD

AD QVAE SOLENNIA CELEBRANDA PER-
AGENDAQVE

GENEROSISSIMOS AC PRVDENTISSIMOS ACADEMIAE HVJVS CVRATORES, *INCLYTAE REIP. ABLEGATOS EMINENTISSIMOS,*

MAGNIFICVM DN. RECTOREM,

PERILLVSTREM AC GENEROSISSIMVM DN. BARONEM,

PRAENOBILISSIMVM, PRAESTRENVVM ET MAGNIFICVM DN. PROCANCELLARIVM,

PRAESTRENVVM AC MAXIME GENEROSVM DN. PRAEFECTVM,

EXCELLENTISSIMOS ACADEMIAE HVJVS PATRES ET PROFESSORES,

GENERE, PIETATE, VIRTVTVM ET LITERARVM NOBILITATE FLORENTISSIMOS CIVES ET HOSPITES,

DEBITA HVMILITATE, OFFICIO ET AMORE
INVITAT

FELIX SPITZ, D.

CONSILIARIVS NORICVS, CODICIS ET JVRIS FEVDALIS PROF. PVBL. DECANVS ET PROMOTOR H. T. LEGITIME CONSTITVTVS.

P. P. ALTDORFI NORICOR. SVB MAJORI FACVLTATIS JVRIDICAE SIGILLO,

IPSO DIE VNIVERSITATIS NATALI XXIX. JVNII, ANNO SALVT. M DC XCVII.

PROGRAMMA MEDICVM.

EX OMNIBVS PRAEMIIS VIRTVTIS
AMPLISSIMVM EST PRAEMIVM
GLORIA.
HAEC VITAE BREVITATEM POSTERITATIS MEMORIA CONSOLATVR
HAEC EFFICIT VT ABSENTES ADSIMVS
MORTVI VIVAMVS
EJVSQVE GRADIBVS IN COELVM ASCENDERE
VIDEAMVR.
QVOD IGITVR BONVM FAVSTVM FELIX
FORTVNATVMQVE SIT!
DEI TER OPTIMI MAXIMI
GRATIA
CAESARIS LEOPOLDI INVICTISSIMI INDVLTV
ILLVSTRIS SENATVS NORIBERGENSIS
MVNIFICENTIA
GRATIOSI ORDINIS ASCLEPIADEI
DECRETO
VOLENTE LARGIENTE FAVENTE STATVENTE
VIRTVTIS PRAEMIVM
ERVDITIONIS PRETIVM
SVMMOS IN MEDICINA HONORES
DOCTORALES
POST EXANTLATA CONSVETA EXAMINA ET DISPVTATIONES INAVGVRALES
DE OFFICIO MEDICI PRAESENTIBVS CONTRAINDICATIONIBVS. CATARRHO SVFFOCATIVO. DIVINO IN MEDICINA. APHTHIS. HEMICRANIA. AGRYPNIA.

SINE

SINE PRAESIDE HABITAS
PRIDIE CALENDARVM QVINTILIS
CONSEQVENTVR
CITRA VLLAM PRAEEMINENTIAE PRAEROGATIVAM
SECVNDVM IMMATRICVLATIONIS SERIEM
ITA LOCATI
VIRI JVVENES
NOBILISSIMI, CLARISSIMI ET EXPERIENTISSIMI,

DN. JOHANNES MAVRICIVS TRILLER
BVRGELLA-THVRINGVS,
PRACTICVS ERFVRTENSIS,

DN. FRIDERICVS JACOBVS BRVNO
ALTDORFINVS,

DN. CAROLVS OTTO MOLLER
POSONIO-HVNGARVS,

DN. JOHANNES CASPARVS SCHÜTZ
HERBIPOLENSIS FRANCVS,

DN. MELCHIOR ERNESTVS WAGNITZ
SERVESTA-ANHALTINVS,

DN. VLRICVS SIGISMVNDVS NIMPTSCH
BEROLSTADIENSIS SILESIVS.

VT AVTEM INDICTA PANEGYRIS
SOLENNIS
SVPERIORVM GRATVLATIONIBVS
FAVTORVM VOTIS
PVBLICO DENIQVE OMNIVM APPLAVSV
EXCIPIATVR,

MAXIME GENEROSOS, STRENVISSIMOS ET PRVDENTISSIMOS DNN. CVRATORES VNIVERSITATIS,

MAGNIFICVM DN. RECTOREM,

PERILLVSTREM ET GENEROSISSIMVM LIBERVM BARONEM,

MAGNIFICVM, PERSTRENVVM ET CONSVLTISSIMVM DN. PROCANCELLARIVM,

MAXIME GENEROSVM DN. PRAEFECTVM,

EXCELLENTISSIMOS QVATVOR FACVLTATVM DOCTORES ET PROFESSORES,

HOSPITES DENIQVE ET CIVES ACADEMICOS,

GENTE ET MENTE
EMINENTES
ET AD DECVS AC PALMAM
NATOS EVECTOS CONTENDENTES,
PRAESENTES
EA QVA PAR EST OBSERVANTIA ET HVMANITATE
EXOPTAT

JOHANNES MAVRICIVS HOFFMANN, D.

SERENISSIMI MARCHIONIS BRANDENBVRGICO-ONOLDINI CONSILIARIVS ET ARCHIATER, IN HAC VNIVERSITATE CHEM. ET ANAT. PROF. PVBL. ACADEMIAE LEOPOLDINO-IMPERIALIS NATVRAE CVRIOSORVM ADJVNCTVS DICTVS HELIODORVS,

FACVLTATIS MEDICAE ALTDORFFINAE H. T. DECANVS ET BRABEVTA LEGITIME CONSTITVTVS.

P.P. ALTDORFI SVB SIGILLO EJVSD. FACVLTATIS
D. XXIX. JVNII, A. C. CIƆ IƆC XCVII.

PRO-

PROGRAMMA PHILOSOPHICUM.

SVCCREVIT OLIM ALTDORFII
eX aCaDemIa VnIVersItas,
NVNC AVTEM
In VnIVersItate prIMI theoLogIae
DoCtores noVa sVa eXerVnt
IVra.

NIMIRVM
QVADRIFRONS THEOLOGIAE, JVRISPRVDENTIAE,
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE JANVS,
CRASTINO DEO ANNVTVRO CELEBERRIMO DIE
P. VALERIVM POPLICOLAM
PRIMVM IN TRIVMPHO ROMANO QVADRIGA VECTVM
SOLENNI POMPA IMITATVRVS,
PRIMVM CVRRV QVADRIGARVM IN QVADRICOLORO
HONORVM LITERARIORVM PRATO
QVADRIFLVO SCIENTIARVM AMNE IRRIGATO,
OMNIPOTENTE **DEO** FA-
VENTE,
INVINCIBILI **LEOPOLDO**
LARGIENTE,
ILLVSTRI NORIBERGA EXPETENTE,
DIVINA EVSEBIE APPLAVDENTE,
TRIVMPHVM AGET QVADRIPARTITVM,

TANTO

TANTO QVIDEM NOBILIOREM ET NOTABILIOREM,
QVANTO SPLENDIDIORIBVS FAMAM PALAECOMICAM
VICTRICEM CERNERE VECTAM QVADRIJVGIS
LICEBIT:

IDCIRCO ETIAM
TRES VIRI JVVENES
INGENII, DOCTRINAE ET VIRTVTVM LAVDIBVS FLORENTISSIMI,

DN. JOACHIMVS NEGELEIN,
NORIMBERGENSIS,
DN. JOHANNES MICHAEL SONNTAG,
OPPVRG. VARISCVS,
DN. JACOBVS ANDREAS DIETERICVS,
ERMRVTHO-FRANCVS,

POST EXAMINA RITE EXANTLATA
ET CERTAMINA INAVGVRALIA
DE MAJESTATE MOTVI ANALOGA, DE RECITATIONIBVS VETERVM, ET DE ARTIFICE SVMMI
NATVRAE OPIFICIS AEMVLATORE,
LAVDABILITER DECERTATA,

MAGISTERII ET DOCTORATVS
PHILOSOPHICI
DIGNITATE, ET OMNIBVS QVAE EIDEM COMITARI
ET SVBSERVIRE SOLENT PRIVILEGIIS,
WELSERIANA IN ORCHESTRA
MORE MAJORVM
INSIGNIENTVR:

CVJVS

CVJVS SOLENNITATIS

VT AVDITORES, SPECTATORES, TESTESQVE ADSINT

GENEROSISSIMI DNN. SCHOLARCHAE,

MAGNIFICVS ACADEMIAE RECTOR,

PERILLVSTRIS ET GENEROSISSIMVS LIBER BARO,

MAGNIFICVS ET CONSVLTISSIMVS DN. PROCANCELLARIVS,

GENEROSVS AC STRENVISSIMVS DN. PRAEFECTVS OPPIDANVS,

CELEBERRIMI DNN. PROFESSORES,

NOBILISSIMI DNN. STVDIOSI,

OMNES MVSARVM MAECENATES ET CVLTORES

MAXIMI, MEDIOXVMI, MINIMI,

INTIMVM EST VOTVM

DAN. GVIL. MOLLERI,

HISTOR. ET METAPH. PROF. PVBL.

H. T. DECANI ET BRABEVTAE,

CERTO SIBI PERSVADENTIS,

NON MINVS FRVGES CLEMENTIA PROVOCARI SOLIS,

QVAM SERIO BONORVM FAVORE VNIVERSITATIS ALTDORFINAE INCREMENTA.

P. P. ALTDORFI SVB SIGILLO FACVLTATIS PHILOS.

D. XXIX. JVNII, A. C. CIↃ IↃCC.

PROGRAMMA POETICUM.

DECANUS
FACULTATIS PHILOSOPHICAE
IN UNIVERSITATE ALTDORFINA
M. DAN. GUIL. MOLLERUS,
Histor. & Metaphys. P. P.

L. S. D.




Ingens Nomen, Decus immortale Poëta,
Quem Diis immixtum sidera summa colunt:
Quem cunctæ gentes venerantur, diligit orbis,
Suspiciunt Reges, ornat honore Deus.
Tolle Poëtarum *de mundo carmina, tolles*
Historiæ lumen, fataq; seculi item.
Non aliter, quam si Titan se protinus atras
Condidit in nubes, nox taciturna ruit;
Sicce Poësis, *ubi jacet, aut profuga exulat, Artes*
Nocte jacent pressæ & Sole cadente cadunt.

Pro-

Proînde meus NEGELEIN, *Parnassi clarus alumnus,*
Hac meditans, didicit Mœonio ore loqvi;
Qvem libasse suis constat Permessida labris,
Castalidumq; choris implicuisse manus:
Ejus ego cincturus ovans cras tempora Lauro,
Testes invitans advoco mente pia.
Vos nempe Illustres Legatos *Noridos Vrbis,*
Protoscholarcham Te, Vos Proceresq; alios;
Te qvoq;, Magnifici *qvi gestas* Sceptra Lycei,
Expeto, Baronem *Te comitemq; rogo;*
Qveîs ut eat junctus Pro-Cancellarius, *oro,*
Consiliis Vrbem Pegasidesq; juvans;
Et qvi Præfecti *præclaro* munere *gaudet*
Oppido in hoc veteri, sit sociatus iis:
Mysta Sionis, *Cortina* Themistos, Hygejæ
Comparete itidem Numina, Corcla Sophûm;
Flore Juventa *virens, spes expletura Parentum,*
Te cupiens cito, Te posco, reqviro, volo:
Deniq; compello radiantes nomine amico
Hospitis, *arrident talia Festa qvibus:*
O faciles metricis adsitis qvæso Triumphis,
Nostraq; complaceant Laurea, Festa, Melos.

P. P. ALTDORFI, sub Sigillo Facultatis Philos. die xxx. JUN. A. C. CIƆ IIIDCC.

X 2 Die



DIe tertio, ipsis Kalendis Qvinctilibus, ante meridiem, more antiqvo eoqve anniversario, instituebatur Electio Rectoris Academici & Decanorum qvatuor Facultatum: ubi, in Rectoris Novi Inauguratione, recitata est ad aram ædis sacræ seqvens

ORATIO
JOH. FABRICII, S. Theol. D. & Prof.
qvum fasces Academicos tertium deponeret, & Vniversitati Altdorfinæ pariter valediceret.

IN sanctum Ecclesiæ hujus theatrum produco, vobisq;, generosi nobilissimiq; Cives studiosi, sisto novum, communibusq; Patrum Conscriptorum suffragiis electum Academiæ Rectorem, virum nobilissimum & excellentissimum, D. FELICEM SPITZIVM, *JC. & Antecessorem, atqve illustris Magistratus Norimbergensis Consiliarium, deq; studio Juris & re alia litteraria meritissimum. Vestrum itaqve jam erit, o optimi, tam insignis viri regimini lubentes vos submittere, nec tantum pia pro felicitate ejus vota con-*

concipere, ſed & debitam reverentiam, honorem, cultum & obedientiam eidem præſtare, atqve adeo diligenter facere, qvod DEVS O. M., ſana ratio, conſcientia veſtra, legesqve a vobis reqvirunt & poſtulant. Ita viciſſim experiemini ejusdem amorem, benevolentiam, protectionem, & qvicqvid gratorum vobisqve utilium officiorum ab ipſo proficiſci poteſt: natura enim, ut noſtis, & aſſvefactione humanus eſt, mitis, placidus, affabilis, manſvetus & benignus, nec alius & diverſus eſſe poteſt ab eo, qvi fuit hactenus.

Patere autem, magnifice RECTOR, *ut me porro expediam, & ſicuti, qvæ penes me ſunt, bona tibi redditurus ſum fide, ita jam, pro more Reip. litterariæ laudabiliter obſervato, magiſtratus tui inſignia & ornamenta in publico hoc loco tradam, iisqve, ut cum ſcriptura ſacra loqvar, manus tuas implebo. Accipe ergo bina hæc* ſceptra, *ceu faſces imperii tui Academici, ut improbis terrorem incutiant, probis autem & afflictis ſolatium præbeant atq. perfugium. Accipe*

 legum

legum codicem , *ad qvarum custodiam sacramento, anteqvam sacrario exiremus, temet obstrinxisti. Accipe* sigilla , *qvorum altero edicta, diplomata & testimonia, altero autem alia scripta publico Academiæ nomine, obsignabis & confirmabis. Accipe* claves *cistulæ nostræ carcerumqve, & utere illis ad claudendum & recludendum, qvando & ubi prudentiæ atq; integritati tuæ opus esse videbitur. Accipe etiam, qvæ calidissimo e pectore promanat, &, si humanis conspici posset oculis, ingens omnino & ingenua appareret, benedictionem meam. Felicitet te Dominus ac Deus noster: felicitet consilia, proposita, studia & actiones tuas: felicitet navem, qvam regis, Academicam, atqve inhibeat fluctus, ne prævaleant contra ipsam, & detrimentum aliqvod afferre qveant: felicitet domum & charitates tuas, faxitqve, ut semper & ubiq; sis tui vir nominis, felix Maritus, felix Pater, felix Socer, felix Antecessor, felix Consiliarius, & nunc etiam felix Athenæi hujus Rector.*

Ita

Ita jam rite sollenniterqve abdicato magistratu, lubens lætusqve hinc abeo, & patrium relinqvo solum, postqvam Divinæ Providentiæ, Serenissimisqve & Potentissimis Ducibus Brunsvicensium & Lunæburgensium placuit, tenuitatem meam in locum B. Heigelii, S. Theol. in Vniversitate Julia, qvæ Helmestadl est, Doctoris ac Professoris publici, consentientibus votis eligere, electumq; per peculiares literas vocare. Ad hanc igitur novam spartam, impetrata ab inclyto Magistratu Norimbergensi honesta dimissione, suscipiendam & gerendam, abitum me parare oportet, valeqve dicere fautoribus & amicis. Qvorum hoc qvidem non prolixis, at ex intimo tamen cordis recessu depromtis verbis & ingenue faciam, dummodo prius debitæ erga DEVM, ejusq; in his terris Vicarios, pietatis officio defunctus fuero.

Agnosco humillime, o Summum Numen, ac totius universi Creator & Moderator optime, infinitis a Te beneficiis, inde ab infantia, imo a formatione mea, in hunc usqve diem, mactatum

tum me esse: nam qvod in Ecclesia, ubi pura sonat verbi prædicatio, & sacramenta secundum Christi, Domini nostri, institutionem dispensantur, e piis & honestis parentibus, atqve in ea familia, qvæ Norimbergensi Ecclesiæ Academiæqve jam ultra sesqviseculum viros dedit theologos potioribus officiis præfectos, natus, atqve ab illis educatus sum in disciplina, & admonitione Domini; qvod in scholis, dehinc autem in illustri Julia, & porro in hac studiorum palæstra, Præceptores nactus sum bonos & fideles, qvi eruditione me aliqva imbuerent; qvod varia itinera felici sidere auspicari & conficere licuit, iisqve finitis uni & item alteri honorifico muneri admotus sum; qvod ex me non plane nullum in auditores & discipulos emolumentum derivatum; qvod professionis, qvam nunc depono, spartam in vicesimum usqve annum, Decanatum sexies, regimen Academicum ter gerere, & publicæ functioni qvatuor & sexaginta scholas privatas adjungere potui, satis bona in infirmo corpore fruens valetudine; qvod

Collegæ

Collegæ mei favore & benevolentia sua me non indignum judicaverunt, nec etiam Studiosi, qvi ex vero tales sunt, & nominis sui mensuram implent, male mihi voluerunt; qvod sub ultimo Decani & Rectoris officio meo tam propitia nobis fuit fortuna, ut Academia variis modis ditesceret atqve ornaretur, dum duo exteri juxta mecum M. florenos, ad pias causas, ei addixerunt, Stöberlinus, beatæ memoriæ, libros medicos & philosophicos suos legavit, & sapientissimus Senatus Norimbergensis privilegium creandi Doctores Facultati Theologicæ procuravit, qvodqve sub eodem aureæ, tamqve diu desideratæ Pacis negotium susceptum, & Academia nostra in flore conservata suo, id omne, & millena alia dona, tuæ tribuenda sunt gratiæ, tuæ bonitati, tuæ misericordiæ.

Pro his igitur omnibus ac singulis maximas & immortales divinæ tuæ Majestati habeo (ad agendum enim unde verba suppetant?) ac habiturus per omnem ætatem sum gratias. Benedictus sit Dominus, qvi tanta mihi præstitit,

Y   *& be-*

& benedictum sit nomen ejus! Atqve hujusdem ineffabili benignitati qvam devotissime commendo splendidissimum Senatum Noribergensem, Patres academicos & studiosam juventutem, illis pro constante favore variisq; beneficiis, istis pro collegiali affectu & fide, huic pro multis haut infucati amoris documentis pariter gratias agens, easqve maximas, & ad qvævis officia, qvæ a cive & amico fideli proficisci possunt, me offerens atqve exponens. Præsens enim, absensq; idem ero, nec animo, sed corpore duntaxat a vobis divellor, florentissima NORIMBERGA, *eademqve alma mater, &* Palæocome, *Musarum sedes, patriaqve dulcissima. Munificentissimus Pater ille cœlestis largiatur vobis misericordiam in tempore opportuno. Respiciat ipse vos ex alto clementer, & benedicat vobis. Avertat omne malum a vobis, & illuminet vultum suum super vos. Assurgant sacrificia labiorum vestrorum in conspectum ejus, & sentiat ex iis odorem svavissimum. Mittat angelum suum in protectionem vestri,*

vestri, & famem, bellum atqve pestem avertat a vobis. Redeat floreatq; pax apud vos, & eos, qvi diligunt vos, ac saluti vestræ inserviunt. Sint benedicti labores vestri foris & intus: benedicta sint consilia & cœpta vestra omnia: benedicta sit illustris, totoqve terrarum orbe decantatissima Resp., ejusqve dilectissima filia, Academia Altdorfina. Egressus vester sit salutaris, & ingressus pacificus. Stillet Dominus de cœlis, & fluant agri dulcedinem copiosam. Æmulentur jumenta vestra tauros Basani: luxuriet fluvius vester piscibus saluberrimis. Locupletet Dominus domos vestras liberorum amœnitate, & conjugum concordia. Sit benignitas Domini super vos, & super filios vestros, usqve in seculum!



His ita pariter, propitio Numine, feliciter peractis, etsi Cæsareæ Clementiæ magnitudinem nemo mente satis capere, nedum verbis exprimere valeat, Inclyti tamen Academiæ Curatores justum esse omnino judicarunt, ut Rector ac cæteri Vniversitatis suæ Professores gratam mentem, summamq; pietatem Augustissimo Privilegiorum Academicorum Amplifi-

catori debitam, qvali qvali testarentur monumento. Jamq; exarata erat Epistola, ad S. Cæsaream Majestatem subjectissima animi veneratione propediem mittenda, cum ecce ineffabilis Divini Numinis Benignitas longe commodiorem eamq; geminam largiretur occasionem, devotissimæ gratulationis æqve ac gratiarum agendarum munus exeqvendi. Etenim non solum insecuto mense Septembri LEOPOLDVS Invictissimus pulcherrimam *Victoriam* in Pannonia adeptus est, amplissimumq; de barbaris egit triumphum, sed & seqvente statim Octobri *Pax* aurea, DEI CAESARISqve beneficio, terris nostris, imo maximæ Europæ parti, est redonata. Inde Professori Oratoriæ demandatum, ut Sermone Panegyrico Cæsarem Augustissimum religiosissime veneraretur, ac, nomine Vniversitatis devinctissimæ, congratulantis pariter ac gratias agentis oratoris provinciam susciperet. Obseqventer ille paruit, conscripta, qvæ heic seqvitur, Oratione, eaq; circa Novi Anni auspicium publice recitata, ac dein oculis qvoqve cœlo serenioribus Serenissimi Sacratissimiq; LEOPOLDI admota; qva, si non excelso, mediocri saltem consignavit stilo, qvæ intererat *Gloriæ Austriacæ* futuris non ignorari temporibus. Sorores Charitum Musæ non sunt ingratæ; atqve uti res omnes vindicant ab oblivione, sic accepta præcipue beneficia literis conservant, ac de se bene meritorum nomen & laudes consecrant æternitati. Legat porro LEOPOLDVS scripta de se carmina, legat orationes, legat historias, & posteritati suæ intersit. Nunqvam eruditorum lingvæ & calami de Eo dicendi scribendiqve finem faciant, qvi suis de ornanda augendaqve Re publica & literaria curis, dum vita fruetur utinam longissima! finem nunqvam imponet.

TEM-

TEMPLVM
VICTORIAE APERTVM
ET
JANI CLAVSVM
MENSIBVS SEPTEMBR. ET OCTOBRI
A. O. R. CIƆ IƆ C XCVII.
SIVE
PANEGYRICVS
QVEM
LEOPOLDO
MAGNO
AVGVSTO PIO FELICI
TRIVMPHATORI,
OB VICTORIAM A TVRCIS IN PANNO-
NIA PROPE ZENTAM AD TIBISCVM
GLORIOSISSIME REPORTATAM,
ET PACEM GERMANIAE
DIVINITVS REDONATAM,
MAXIMO CLEMENTIAE CAESAREAE BENEFICIO
IMMORTALITER AVCTA
VNIVERSITAS ALTDORFINA
SVMMA GRATAE MENTIS PIETATE
DICAVIT ET CONSECRAVIT
INTERPRETE
MAGNO DANIELE OMEISIO,
MORALIVM ET ORATORIAE PROFESSORE PVBLICO,
ORDINISQVE PHILOSOPHICI TVNC DECANO.



Omani veteres, qvando Dictator qvispiam, Consul aut Imperator, publice triumphabat, procedente pompa, in honorem Deorum, ædes sacras aperiebant omnes, coronisq; & suffitibus replebant, cumprimis ædem *Victoriæ*, in vertice montis Palatini erectam, vicinumq; Jovis Capitolini templum; ubi maxima cum sollennitate immolatæ victimæ, dicata Jovi corona aurea, suspensiq; clypei ac manubiæ pretiosiores. Qvando vero bellum omne compositum, & pax terra mariq; parta erat, claudere solebant iidem Qvirites Templum *Jani*; qvi Clusius inde vocatus & Patulcius, qvod bello valvæ ejus paterent, pace clauderentur; ex notissima Historiarum & Philologiæ amatoribus ratione. Haud secus apud nos in Sacro Romano Imperio, vicinisq; regnis & provinciis, qvod felix faustumq; esse jubeat, non ille Romanorum Jupiter, sed DEVS Optimus Maximus, auctumno proxime præterito, Templum *Victoriæ* est apertum & *Jani* clausum. Templum Victoriæ, inqvam, apertum est; dum mense Septembri, (qvod perpetuo doleant ac plorent Muhammedis veneratores, Christiani nominis hostes!) Numine propitio,

Sacra-

Sacratiſſimus atqve Inviĉtiſſimus LEOPOLDVS, Cæſar ac Dominus noſter omnium clementiſſimus, ductu & auſpiciis Sereniſſimi EVGENII Sabaudiæ Ducis, Herois excellentiſſimi, formidabilem Turcarum exercitum in Pannonia, prope Zentam ad Tibiſcum, glorioſiſſime devicit, magnificentiſſimeq; triumphavit. Hìc pariter, qvamprimum fama ac nuntii tantæ rei omnem, qvà patet, Germaniam, imo Europam, pervaſerunt, dici non poteſt, qvot ubiq; lætitiæ publicæ exſtiterint ſigna, & qvantis exſultarint gaudiis Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ, hujusqve Capiti Excelſiſſimo, Auguſtiſſimo LEOPOLDO, ſeu conſangvinitatis aut fœderis jure addicti Reges, Electores, Principes, exteræq; Reſpublicæ, ſeu ſubjecti humillima veneratione, fide, obſeqvio devinctiſſimi. Aperta ſunt paſſim in urbibus templa, decantati hymni ſacri, nuncupata vota, gratesq; ſollennes DEO peractæ; imo & militaribus in campis a Summorum Fœderatorum exercitibus inſtitutum qvaſi actumq; eſt armiluſtrium, qvo inter lituorum ac tympanorum clangores, armati Martis filii ſacra faciebant, cœlumqve ac tellus repetitis tormentorum fragoribus remugiebant. Præterea in compluribus Celſiſſimorum Principum ac Magnatum aulis, dulces cadebant vinorum imbres, theatra inge-

ingeniosis personabant ludis, noctes accensis funalibus ac missilium ignium jocis vertebantur in diem, argentum spargebatur in vulgus, largissimæ dabantur epulæ, exstruebantur pyramides, erigebantur arcus triumphales. Divino huic *Victoriæ* beneficio accessit & alterum mense Octobri, qvo Bellum illud, qvod CAESAR Augustissimus, Sacrum Imperium Romano-Germanicum, cœteriqve Summi Fœderati, adversus Potentissimum Galliarum Regem jam per annos novem gesserunt gravissimum, est confectum; ac post tot incensas urbes, desolatos agros, proculcatas segetes, abacta pecora, oppugnata & expugnata hinc inde munimenta, armatas qvassatasqve classes, exhausta ubiq; æraria, sauciata deniqve ac cæsa multa mortalium millia, *Pax* alma, pax salutifera, *pax una triumphis innumeris potior*, terra mariq; parta, ac nobis divinitus est redonata. O auctumnum, anni a nato Servatore supra millesimum sexcentesimum nonagesimi septimi, jam non proventu aut ubertate frugum, sed gemino hoc ingentis *Victoriæ* & aureæ *Pacis* beneficio, maximisqve rerum successibus, felicem beatumqve! O tempus auctumnale, qvo meritò hæc universi moles olim, omniaq; vitæ commoda & solatia, creata primùm nataq; creduntur; cum eadem nuper ista omnia renata, reddita & confirmata nobis videantur! Reddenda igitur sunt & DEO,

qvæ

qvæ ſunt Dei, & CAESARI, quæ ſunt Cæſaris; hoc eſt, epinicia, laudes gratesqve immortales Vtriqve cantemus & perſolvamus; nos præſertim, qvi non tantum publico nomine ob reſtitutam patriæ tranqvillam ſecuritatem, ſecuramqve tranqvillitatem, exſultamus, ſed & qvos ſpecialioribus, iisqve adamanteis benefactorum vinculis, ob Privilegia Academiæ noſtræ eodem hoc anno liberaliſſime clementiſſimeqve aucta & amplificata, devinctiſſimos eſſe conſtat. Idqve ipſum pro fide & prudentia ſua ſingulari cum agnoverit Inclytus Senatus Norimbergenſis, meqve verba facere juſſerit de admirabili hoc eoqve geminato *Victoriæ* verſus ortum, & *Pacis* ad occaſum Bono, ope atqve auſpiciis DEI CAESARISqve nobis indulto, malui ego indiſertus eſſe, qvam immorigerus, parumqve ſolicitus fui de verborum coloribus, cum tantus ſit ſplendor ipſius argumenti. Id modo a Vobis, *Domini* & *Auditores*, etiam atqve etiam contendo, ut per intervallum temporis exiguum mihi æternas Pannoniæ *Laurus*, & pacales Germaniæ *Oleas*, oratione pia celebraturo, pacatis animis auribusqve faveatis.

TRia fere lustra præterierunt, ex qvo CAESAR Augustissimus acerrimo versus ortum implicitus bello, Ottomannicam vim, qva olim potentissimarum gentium imperia corruerunt, magnaqve orbis pars pressa servitio gemit, non sustinuit modo fortiter, sed & retudit atqve repressit, palmas palmis, laureas laureis cumulans, ac plures victorias, qvam annos, numerans. Nulla hoc crederet posteritas, nosqve ipsi hodie dubitaremus, nisi tot fixa de barbaris tropæa, tot captæ urbes & munimenta, tot recuperatæ provinciæ, constrataqve hostilibus cadaveribus flumina & campi, id hactenus ostendissent, & Luna Thracia, cruore suo fœdata fuscataqve, nitorem conderet, impiam gentem æterna nocte mox damnatura. Ac statim qvidem sub funesti belli initium, ad Viennam Turcarum colluvies hostisqve barbarus, formidabili ducentorum millium exercitu imminens, post qvindecim factos ab eo assultus, fusus fugatusqve, & ipsa urbium imperatrix dira obsidione feliciter est liberata. Postea vero Strigonium, Vicegradum, Vyvarinum, Buda regni Pannonici solium, Segedinum, Qvinqve Ecclesiæ, Esseckium, Alba regalis, Sigethum, aliaqve munimenta, qvæ credebantur inexpugnabilia, Mongatschium, Canisia, Varadinum, ac plura, in deditionem vel accepta vel coacta,

vel

vel vi expugnata, tota pene Croatia & Sclavonia jugo Turcico ereptæ, Transylvania in ordinem reposita, Mœsia, Servia, Bulgaria, reclusæ ac territæ; ipsæqve immanes hostium acies ad Barakan, ad Mohazium, ad Salancamenam, & alibi sæpius, ingentibus præliis stratæ, protritæ, fugatæ. Qvibus novissimum etiam illud præterito auctumno commissum accessit, miraculo propius, imo evidens æternæ Providentiæ miraculum; qvod vix apud præsentes, nedum posteros, fidem inveniat. Illuxerat tertia Iduum Septembris, secundum fastos Gregorianos, paucas post horas ultura Dominatoris Ottomannici, aliqvantis duarum expeditionum bellicarum successibus, qvos somniabat, ferocis, insanum fastum ac tumorem. Cumqve hic ipse, castris prope Cobilam sublatis, suo cum exercitu, adverso Tibisco processisset, adventabant eadem luce ad Zentam Cæsareani: qvibus summus Imperator præerat Ἐυγηνίστατος EVGENIVS, Sabaudiæ Dux Serenissimus, qvi suam rei militaris scientiam, virtutem ac felicitatem, jam ante in Pannonia & Pedemontio omnibus mirifice probaverat. Hic, postqvam ex purpurato qvodam Asiatico, qvem emissi exploratores in itinere deprehensum adduxerant, cognovisset, Turcas declinare prælium, metuqve conflictus Tibiscum certo esse transituros, illico Senatum coëgit militarem, in qvo præcipiti sed non im-

 matu-

maturo consilio decernebatur, utendum esse occasione, & hostem, qvi jam ex parte flumen trajicere cœperat, strenue adoriendum. EVGENIVS itaqve Christicolarum exercitum eqvo circumvolare, commilitones ad pugnam hortari, exemplo incendere, tam læto vultu & eloqvio, tantaqve animi firmitudine, ut vicisse jam crederetur. Ibimus, ait, ibimus majoribus nostris majores, & nobile fortitudinis argumentum posteris relinqvemus! Militat pro nobis causæ bonitas; cui non defore spero præsentem Numinis favorem; qvo uno confidere, multo tutius, qvam turmis ac legionibus infinitis! Hæc oracula lituis & buccina commutavit. Conclamatum est ad arma, ferroqve & viribus omnia licuere. At vero prima qvidem fronte res videbatur & erat perqvam ardua: Turcicum enim agmen, qvod, præter eqvites, constabat pene triginta peditum maximam partem prætorianorum, qvos Janizaros vocant, millibus, vallis & aggeribus trifariam oppositis erat præmunitum. Hic rursum EVGENIVS, *Invia*, inqvit, *virtuti nulla est via! Perrupit Acheronta Herculeus labor. Nil mortalibus arduum est!* Primum itaqve vallum generose hinc invaditur, inde furiose defenditur; tandem tamen Turcis exturbatis conscenditur; & mox alterum ac tertium heroica expugnatur fortitudine: jamqve vulnera, cædes, spolia, ter-

terror, furor omnia miſcere. Hoſtes turpem agitantes fugam, dum pontem anguſtum flumini injectum turmatim tranſire connituntur, certatim in undas mergendi proruunt; & qvos Tibiſci vortices non ſorbuere, inſtans victor a tergo miles, veluti pecudes, mactavit ac interemit. Qvam qvidem lanienam evaſit ipſe Turcarum Dominator, qvi cum exercitus ſui parte, & impedimentis qvibusdam, Tibiſcum jam transmiſerat; ſtetit tamen ille adverſa in ripa, tragœdiæ hujus otioſus atqve infelix ſpectator: & qvi antea, uti Xerxes, Neptuno flagra, cœlo tenebras minitabatur, nunc qvoqve Xerxis inſtar illacrymavit, qvod tot ſuorum millibus tam brevis non immineret occaſus, ſed jam obtingeret. Cæſareani interea in ponte qvoqve flumini impoſito fixere pedem; ſed nox diem pulcherrimam excipiens, & altùm congeſti, tam in ripa & ponte, qvam undis ipſis, cadaverum cumuli ac tumuli tranſire vetabant. Lux vero poſtera trans Tibiſcum caſtra etiam ac tentoria a Sultano magno relicta oſtentavit, faciemqve victoriæ hujus latius & luculentius aperuit. Ipſe ſupremus poſt Sultanum militiæ Turcicæ Imperator, & ſummus Janizarorum Præfectus, multiq; purpurati in acie cæſi, triginta barbarorum millia, partim in aggeribus, caſtris & fuga, contrucidata, partim Tibiſci gurgitibus abſorpta, longe maximus curruum ac pretioſiſſimo-

 rum

rum tabernaculorum apparatus, ultra centum tormenta graviora, nec pauciora ſigna militaria, innumerabilis eqvorum, boum & camelorum copia, multum auri, argenti & commeatus, univerſa deniqve caſtra hoſti erepta, direpta, hujusqve ferocia denuo intumeſcens compreſſa, perfidia vindicata, luxuries coërcita, libido edomita, importunitas catenata, immanitas debellata, omnisq; ſpes, ſubactas a Chriſtianis cis Savum, Danubium & Tibiſcum, urbes, terras ac munimenta recuperandi, penitus labefactata. E Cæſareanis, incredibile pene dictu! præter ſaucios, vix mille deſiderati: tam parvo impendio ingens victoria ſtetit. Qvemadmodum vero non ſolum vincendum, ſed & occaſione utendum, & ſucceſſus ita urgendi, ut proxima qvæqve victoria ſeqventis ſit inſtrumentum; ſic cœleſtibus Geniis comitatus EVGENIVS, nihil procraſtinandum ſtatuens, fulminis inſtar, qvod mira velocitate emicat, auditur, ferit, relicto Tibiſco, in Boſniam fecit irruptionem: qvam dum raptim perſeqvar, vix oratio æqvabit celeritatem, qva illa tentata feliciterq; peracta. Eſt Boſnia provincia veteris Pannoniæ, regni titulo a Turcis nobilitata, inter Vnam, Savum & Drinum amnes, Bebiosq; montes ſita; nomen trahens a Boſna flumine, qvod eam interfluit. Frugibus & paſcuis abundat; pelles & lanam Raguſinis ac Venetis abunde ſuppe-

ſuppeditat; habetq; argentifodinas prædivites. Hanc menſe Octobri cum exercitus parte intrat Dux Glorioſiſſimus, & præmiſſo terrore, tantæ victoriæ nuncio, multa oppida & arces ad deditionem cogit, præſidiarios ejicit, pontes ac flumina transmittit, & in ipſum regni meditullium penetrat, urbemqve principem Seraglio victor ingreſſus, eandem ſpoliandam permittit commilitonibus; qvorum incuria neſcio, an licentia militari, incenſa poſtea maxima ex parte conflagravit. Et recuperari citra diſcrimen ac nullo fere negotio potuiſſet univerſum Boſniæ regnum, & latronum Turcicorum ungvibus eripi, niſi cœli intemperies ac brumæ imminentis rigor ſvaſiſſent reditum. Qvem Sereniſſimus EVGENIVS, cum agmine ſuo ſpoliis onuſto, glorioſe paravit & confecit, educens ſecum aliqvot Chriſtianorum ac Judæorum millia, & qvaqva venit, cum bonitate fortitudinem, magnanimitatem cum clementia miſcens: ut, ſuperatis hoſtibus, non minus eſſet victor ſui; qvo nihil æſtimandum in terris majus & excellentius. O pulcherrimam, o feliciſſimam, o divinam Victoriam! SALVE LEOPOLDE MAGNE, (præſentem enim mihi flexis genibus alloqvi videor, qvi etſi conſpectu abes, revelli tamen mentibus non potes) SALVE, ET QVI SEMPER VICISTI, SEMPER VINCE! Romæ olim, qvando Dictator aliqvis aut Impera-

perator qvinqve hoſtium millia una acie ceciderat, ei magnificus deſtinabatur triumphus, ei arcus, obeliſci, ſtatuæ, tropæa erigebantur, ei tabulæ, emblemata, & capta urbium ac provinciarum ſimulacra præferebantur, ipſeqve laureato vertice, albis eqvis in Capitolium evectus, divinis mactabatur honoribus. TV, LEOPOLDE, non cæſis qvinqve, ſed triginta hoſtium millibus, imo univerſo Turcici Dominatoris exercitu ſtrato, ſuffocato, fugato, longe excelſiora triumphi præmia mereris ac diviniora. Certe nullæ tabulæ, nulla emblemata fingi aut pingi poſſunt, qvibus Virtutum tuarum majeſtas exprimi formariqve valeat; æternis illæ ingeniorum monumentis, non coloribus, illuſtrantur. Nec exſtruendæ Tibi ſunt pyramides, qvæ puncto terminantur; Victoriæ tuæ & augmenta gloriæ terminos nullos agnoſcunt. Non arcus flectendi aut curvandi; recta enim eſt vita tua & inflexa animi conſtantia. Non multis opus eſt ſtatuis; nullus hominum ſermo, nulla ætas de laudibus tuis conticeſcet, nec ipſa factorum tuorum prodigia ſilebunt. Non curru indiges triumphali, qvi præterlabitur: ſtabit rerum abs Te geſtarum memoria, dum ſtabit mundus; nec fortuna tua ſuo de ſtatu unqvam declinabit. Neqve etiam divinos deſideras honores: nulla enim re, qvam

qvam virtute, mortalibus cæteris eminere cupis; adeoqve divina cum facias, humanam ſortem non erubeſcis. Itaqve in hoc uno imitati ſumus Romanos veteres, qvod, ſicut illi, procedente Triumphi pompa, omnium Deorum templa aperiebant, ipſeqve Senatus ac populus, in æde cumprimis Victoriæ, & Jovis Capitolini, ſacra faciebant, & pro Triumphatoris ſalute ac perennitate ſollennes inſtituebant precationes, ita nos pariter, in univerſo Imperio Romano-Germanico, præcipue Norimbergæ, & heic Altdorfi, ſimul ac fama velox tanti nuntii celebritatem lætitiamqve diffuderat, exſultantes ac tripudiantes omnia DEI templa patefecerimus, & in iis organorum inter tubarumqve clangores, ac tormentorum etiam tonitrua, ſacrum Beatorum Ambroſii & Auguſtini Hymnum decantaverimus, ac ter ſancto exercituum Domino ſummas pro tam opportuna & magnifica victoria gratias egerimus. Qvin & vota pro incolumitate ac felicitate Tua perpetua nuncupavimus, precati Supremum Numen, ut, qvousqve produci humanæ vitæ terminus, qvam poſſunt longiſſime porrigi annorum noſtrorum ſpatia, tantundem vivendo expleas, inqve auguſta Domo Tua, qvamdiu inter mortales fueris, nihil mortale ſentias; victorias vi-

ctoriis cumules, & Sereniſſimum ac Potentiſſimum JOSEPHVM non ſolùm in Regni Apoſtolici, ſed omnis, qvam latiſſime olim extendebatur, Pannoniæ poſſeſſionem reſtituas; Eidemqve *plus ultra* per Mœſiam, Bulgariam, Thraciam, ferro viam aperias, ipſam Conſtantinopolin, terrasqve a Servatore & hujus Apoſtolis calcatas ac peragratas, a duriſſimo tyrannidis jugo vindices, & ad Eccleſiæ Chriſti gremium ſvave reducas. Ac nunc profecto, ſi unqvam, id præſtandi occaſio affulget multo exoptatiſſima; dum videlicet invicta Venetorum Virtus, Peloponneſo atqve Hellade fortiſſime ſubactis, in mari Ægæo arma victricia circumferens, ipſa Ottomannici Imperii vitalia pariter tentare laborat; ac fugatis qvaſſatisqve toties barbarorum claſſibus, & obſeſſis Helleſponti faucibus, ipſi Byzantio ſemel iterumqve implacabilem incuſſit terrorem: dum Poloni, favente Deo, ac Rege nunc Hectore Saxonico, Caminiecum facile recuperabunt, inqve Valachiam & Moldaviam irrumpere, atqve ab illa parte fortunam Turcicam in diſcrimen adducere geſtient: dum Ruſſi ac Moſchi innumeris legionum examinibus Tartarorum terras late populaturi, flumina ſiccaturi, ipſumqve Pontum Euxinum navibus conſtraturi, Dominatui Tur-

Turcico extrema minitantur omnia; &, si novissimis qvoqve nuntiis habenda fides, dum Persarum Moderator, æmulus Turcarum plerumqve victor, regni sui fines magis ac magis jam extendere, vicinumqve nimis potentem pristinas ad angustias redigere satagit. Ita fiet, ut, cum armis undiqve hostis communis impetetur, vires suas distracturus, ac singulis impar futurus, in summa tot imminentium bellorum perturbatione, non modo de victoria, sed de imperio suo desperans, vel Europa omni ejiciatur, vel evertendæ prorsus truculentissimæ sub sole tyrannidis spes haud exigua concipi firmariqve possit. Et proh Deum immortalem! qvis lamentabilis sonus aures meas verberat? qvid audio? Audio vel centenas Christianorum aliorumqve miserorum hominum myriades, in Europa, Asia & Africa, sub immani Muhammedis jugo gementes & ingeminantes: O CAESAR Augustissime, o Reges ac Principes inter Christianos Optimi Maximi, utimini nunc, utimini occasione, qvam fronte capillatam, postica vero capitis parte calvam finxit ingeniosa antiqvitas. Hæc caute usurpata Alexandro, ad edomandam Persiam, Scythiam, Indiam, hæc Romanis ad occupandum orbis imperium, portas aperuit; hæc Græcis tot immorta-

les peperit laureas; hæc Carolum Magnum Occidentis Imperatorem constituit. O CAESAR, o Reges & Principes! A DEO potestas est, qvam geritis, a DEO sceptra, qvæ tenetis: terram igitur illam, qvam DEI Filius sacrosanctis pedibus calcavit, sudore & sangvine suo irrigavit, qvæ castissimo corpori ejus tumulum, DEIqve nunciis, Apostolis, hospitium præbuit, a fœdissima barbarorum servitute ac sordibus vindicate, qvæsumus! Mactate ultioni & gloriæ divinæ hostem illum, cui domitus oriens submisit fasces, & Romanæ aqvilæ toties procubuerunt; a qvo immensis terrarum tractibus Pannonia, Polonia, Italia, sæpius attonsæ, magnisqve urbibus & firmissimis munimentis mulctatæ, pacem, vel non æqvas inducias, petere aut mercari coactæ sunt; cujus classibus contabulatus Oceanus decolor Christianorum cruore fluxit; cujus ergastula & latomias multa nobilium captivorum millia repleverunt, atqve inde ferarum instar protracta, catenis onerata, per cœnum & aspera viarum raptata, triremibus addicta, aut servilibus flagris ac fustibus ad necem cæsa, aut ad explendam immanium oculorum libidinem inauditis cruciatibus lancinata, malorum omnium extremum esse vitam sub tam crudeli domino, senserunt, hodieqve

qve ſentiunt. Ecce manus ſupplices ad Vos protendimus, per Chriſti vulnera & ſangvinem Vos obteſtantes, ut ſubveniatis nobis tempore tam opportuno! Si opimorum ſpoliorum cupiditas Vos movet, en opulentiſſima hìc eorum meſſis, qvæ ſumtus in bellum tam juſtum ac neceſſarium factos abunde compenſabit. Si gloriâ ducimini, en campum patentiſſimum, in qvo tropæa erigere poteritis, qvæ *nec imber edax, aut aqvilo impotens poſſit diruere, aut innumerabilis annorum ſeries & fuga temporum.* Si poſterorum veſtrorum augmentis proſpicere deſideratis, en bellum hoc, præter ſecuritatem, novas etiam regiones & imperia Vobis illisqve adjiciet. DEI igitur & veſtra gloria ſacro hoc bello agitur, veſtra ſalus, veſtræ ac poſterorum fortunæ. Qvicqvid ad amplificandum Chriſti regnum inſumetur, in lucro ponetur, Vobisqve accreſcet, cum immortalitate nominis & æterna olim animarum beatitate!

Sed qverelarum ſatis eſt; qvæ tamen in plauſus & jubila, ſi DEVS voluerit, deſinere aliqvando poterunt: qvemadmodum & noſtræ hactenus qverimoniæ, qvas Martis furores & claſſica extorſerunt, nunc terminantur tandem, & in dulcia pacis cantica convertuntur. Adeoqve poſt æternas

Pannoniæ *Laurus*, nunc qvoqve pacales Germaniæ *Oleas* venerabimur. Non enim laurum tantum amat APOLLO noſter Auſtriacus, ſed & oleam; imo oleæ pene amantior eſt, qvam laurus; qvod hæc ex funeſtis cæſorum tumulis plerunqve naſcatur, illa in viridantibus Amorum & Gratiarum hortis progerminet. Glorioſius ſemper exiſtimat, civem unum ſervare, qvam mille hoſtes perdere. Hinc, qvoniam ortum verſus nondum allubeſcit, ſaltem ad occaſum *Jani Templum* clauſit: hoc eſt, qvod communibus votis jamdudum exoptavimus, ut, compoſitis acerbiſſimis Potentiſſimorum Principum Chriſtianorum diſſidiis, Pax alma Imperio iterum illuceret, jubarqve ſuum aureum diffunderet, id nuperrime DEI munere nobis indultum eſt, & benignitate AVGVSTI noſtri, etiam hac in parte Auguſto illi ſimilis, qvi poſitis bellis civilibus, more ſollenni, Jani portas clauſit; qvas poſtea multos per annos qvietiſſimo obſeratos otio ipſa qvoqve rubigo conſignavit. Proinde, qvod Plinius de Trajano, Principum Optimo, idem merito prædicare poſſumus de LEOPOLDO, qvi Trajano melior, Auguſto felicior eſt: Enituit aliqvis in bello, ſed obſolevit in pace; alium toga, ſed non & arma honeſtarunt: reverentiam ille terrore, alius amo-
rem

rem humanitate captavit. At Principi, at Augustissimo CAESARI nostro, qvanta concordia, qvantusq; concentus omnium laudum omnisq; gloriæ contigit, ut nihil severitati ejus hilaritate, nihil gravitati simplicitate, nihil majestati humanitate detrahatur? Vt ille sago togaqve est felix, & manu altera Templum Victoriæ aperit, altera Janum claudit! Non provocat bella, nec timet; cumqve hæc incidant, & fortiter & ita gerit, ut nunqvam non Pacis alcedonia, vel inter concitatissimas præliorum procellas ac tempestates, respiciat. Igitur e victricibus Ejusdem laureis subinde mixti oleæ rami promicant, ostendentes, medio in victoriarum cursu Illum meditari pacem; & ut Laurus Marti atqve Apollini, Olea Minervæ sacra, sic Marte & Arte excellentem Ipsum esse ac incomparabilem. Distat aliàs toto cœlo Martis & Minervæ ratio. Hæc animos format, ille corpora deformat; hæc calamum acuit, ille ferrum; hæc atramentum fundit, ille cruorem; hæc argumentis expugnat animos, ille machinis urbium muros ac turres; hæc sacra procurat, scholas tuetur; ille faces qvandoqve Sacrariis ac Lyceis injectat: adeoqve una sæpe opera Jani templum panditur, & Minervæ Musarumqve domicilia clauduntur. Nihilominus vero tanta est

CAE-

CAESARIS nostri Sacratissimi majestas, tam inusitata Belli Pacisqve artium in Eo eminentia, tam admirabilis Martis & Minervæ convenientia, ut inter bella maxima, versus ortum & occasum duplicata, ac medios armórum circumqvaqve strepentium fremitus, alibi novas in S. R. Imperio Academias fundaverit erexeritqve, alibi jam olim fundatas novis immunitatibus ac privilegiis ornaverit, locupletaverit. Ac eo imprimis tempore, (res seculis inaudita!) cùm in sanctiore Senatu, ob agitanda rerum maximarum consilia, totos pene dies consumeret, tot Regum ac Principum Legatis aures præberet, de bello & pace summa intentione deliberaret, validissimis in Germania & Pannonia exercitibus prospiceret, Academiam tamen hanc Altdorfinam denuo in augustam Majestatis suæ tutelam, & repletum laureis sinum, recepit, receptam nova verendæ dignitatis purpura condecoravit; præterea circa formandam fideliter studiosam juventutem, evulganda scripta, futuras Actuum publicorum sollennitates, & similia, saluberrimas leges & monita sapientissima præscripsit, ac, velut alto in otio, Musarum sacra disposuit. Nempe in aliis etiam literas bonasqve artes sic amat, fovet, provehit, velut Ipse eas non ad inanem ostentationem, sed interius ac solidius

dius excoluit, perfectissima illarum scientia tantum cæteris præstans Regibus, qvantum hi mortalibus reliqvis antecellunt. Amplius, cum funestum illud bellum, jam per annos novem in Germania tractum, alibi Academias ac scholas antiqvissimas funditus everterit, alibi tubarum sonum cum miti doctorum eloqvio, tympanorum pulsum cum æris Campani crepitu, gladios cum calamis, castra cum gymnasiis, exedria cum tentoriis, Bellonæ rabiem cum artibus humanitatis miscuerit, æraria exhauserit, professorum salaria in stipendia militum converterit, nec vanus jam incesserit metus, ne literæ ac disciplinæ, diuturniore hoc rerum statu, summum adirent periculum, &, excussa pace, pacis qvoqve studia tollerentur: ecce LEOPOLDVS, qvasi Deus ex machina, Templum Jani claudit, Musarumqve sedes ac delubra rursum aperit, & Deas imbelles, qvæ, audito classico, velut oves veniente lupo, sublimi fugerant anhelitu, pristinas in sedes revocat, recreat, demulcet. O cœleste bonum ac donum! O munus muneribus omnibus pretiosius, opulentius! Auream intelligo *Pacem*, mille rerum salutarium matrem & altricem; qva florente, florent omnia, & qvasi ver novum rebus humanis affulgeret, coluntur agri, ornantur horti,

 pascun-

paſcuntur lætæ pecudes, ædificantur villæ, exſtruuntur oppida, vigent leges, fervet religio, valet æqvitas, pollet humanitas, efflorescunt honeſtarum artium ſtudia, eruditur juventus, tranqvillo otio fruitur ſenectus,

ac cœlo terras repetit fugitiva relicto
Aſtræa, & Germana Fides fert obvia greſſus.

Exprimi ſane verbis neqveunt, ac numero omnino carent bona, qvæ uno Pacis nomine comprehenduntur: nec mirum, ſi eam ſapientiſſimi qviqve inſignibus plane elogiis concelebrent. Theologi Pacem, Angelorum gaudium, æternæqve beatitatis his in terris guſtationem appellitant; JCti, legum conſervatricem ac juſtitiæ ſororem; Poëtæ, Cornu Amaltheæ, omnisqve felicitatis ſeminarium ac paradiſum; Oratores, Rerum optimam, qva non modo ii, qvibus natura ſenſum dedit, ſed etiam tecta atqve agri lætari videantur: Phyſici, cum Empedocle, rerum naturalium principium eam vocant; Politici, belli finem, Reiqve publicæ ſtabiliendæ fundamentum; Ethici, mentis ſerenitatem, laudabilium Artium & Virtutum nutricem, ac bonum qvo conſtantius, eo perfectius atqve excellentius. Vnde & Romanorum, pacem ineuntium, formula olim

olim erat: *Pax ſit, dum cœlum & terra durat!* Faxit cœli terræqve Conditor, qvi *non eſt diſſenſionis, ſed pacis* DEVS, ut Pax hæc Imperio redonata, ſit fida, tuta, ſincera, perpetua, aut ad ſeros ſaltem poſteros transferenda!

Diræ ferro & compagibus arctis
claudantur belli portæ; Furor impius intus
ſæva ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
poſt tergum nodis, fremat horridus ore cruento!

Non tubæ, non tympana, non tormenta hoſtilia, circum aures tonent amplius Germaniæ. Foràs arma, & extra patriæ fines! Inferantur illa barbaris, & conjungantur adverſus infideles. Audiat hæc, qvæſumus, REX *Chriſtianiſſimus!* Qvod elogium nil niſi amorem, niſi pacem, niſi concordiam ſpirat; neqve enim aliud ipſe magiſter noſter CHRISTVS (a qvo Nomine Cognomen illud ortum traxit) in terris aut docuit aut inculcavit magis, qvam Pacem. *Pacem* hic *circa nativitatem ſuam annunciare Angelis præcepit, pacem ipſe Apoſtolis ſæpe annunciavit, pacem prædicare juſſit hominibus, pacem diſcipulis ſuis teſtamento reliqvit*; ait S. Auguſtinus. Et cum Duces alii Principesqve terrarum

 a bel-

a bello Africano Africani, Asiatico Asiatici, Macedonico Macedonici appellati fuerint; Dux noster CHRISTVS, apud Esaiam, *Princeps Pacis* vocari maluit. TVq; adeo, LEOPOLDE Sanctissime, Piissime, maximum Christiani nominis Ornamentum atqve Præsidium, humani generis Amor ac Deliciæ, qvi Pacem nobis dedisti, adde muneri huic perpetuitatem! Et qvi Jani portas clausisti, non gratiam, non clementiam illam paternam, nec ullum commodum velis in TE nobis claudier! Respice porro pacato vultu, apertoqve & sereno lumine, Germaniam tuam, jamdudum armorum gloria Orbis imperio, Romanisqve aqvilis, dignam; bellis autem hoc præcipue seculo multùm fatigatam, & nunc qviete tandem dulcissimisqve Pacis fructibus frui cupientem! Respice, ac speciatim perennatura dignare Clementia, Liberam S. R. Imperii Remp. Norimbergensem, Inclytum Senatum ejus, Nobilesqve Familias, egregiis factis cum patriæ tum seculi gloriam ornantes & amplificantes; qvæ singulæ subjectissima veneratione, fide, pietate, TIBI DOMVIqve Tuæ æternæ æternum devotæ, qvicqvid est in iis ingenii, exercitationis, virium ac roboris, id omne obseqviis Tuis addicunt mancipantqve, & pro salute ac gloria Tua nunqvam intermoritura, sangvinem, spiri-

ſpiritum & vitam certatim profundere geſtiunt. Reſpice deniqve, ac hilari fronte frondibusqve recrea Muſas Altdorfinas, Tuis, ut APOLLINIS Maximi, genibus adhærentes, & pro immenſo beneficio nuper accepto gratiam habituras immortalem. Harum omne negotium & otium, omnis labor & qvies, in celebrandis ac prædicandis cœleſtibus Tuis Virtutibus, pulcherrimisqve Triumphis, reponetur; Laudesqve Tuæ, & vorſa & prorſa oratione decantatæ, ab illis ad ſeros poſteros & longe ventura ſecula transmittentur, non deſituræ, donec cum univerſitate rerum Altdorfina ſtudiorum Vniverſitas deſierit. Interea, qvemadmodum Romani veteres, menſe Januario, manibus expanſis, capite nudo, ſine monitore, pro incolumitate Imperatorum ſuorum publica vota ſuſceperunt, precati Ipſis vitam prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, orbem qvietum; ita ſumma pariter pietate, novo Jano, ſive anno nunc ineunte, vovent, ut TE, AVGVSTE, qvi Ædem Victoriæ aperuiſti, & Jani Templum clauſiſti, conſervet ac protegat non Janus ille Bifrons, ſed geminæ Gigas ſubſtantiæ, Sanctus ille ac Verus, qvi habet clavem Davidis, & aperit nemine claudente, & claudit nemine ape-

 rien-

riente! Det hic annorum Pater, & Antiqvus dierum, ut hoc & innumerabilibus ſecuturis annis TIBI, ac per TE, generi humano, proſpera omnia, hoc eſt, digna ſeculo Tuo contingant; utqve cunctas cogitationes Tuas, Belliqve & Pacis opera, tam lætus ſeqvatur eventus, qvo incomparabilibus meritis muneribusqve Tuis, ac, tardiſſima poſt fata, SVCCESSORIS aliqvando, qvem genuiſti, qvem formaſti, ſimillimumqve Tui feciſti, ardentiſſimis Virtutibus, gloria Imperii, orbisqve Chriſtiani ſalus & novetur & augeatur. VIVE LEOPOLDE PIE. DEVS TE SERVET. LEOPOLDE MAGNE. DEVS TE TVEATVR. TRIVMPHATOR MAXIME. DEVS TE CVSTODIAT. TV VICISTI INIMICOS. EXSVPERASTI HOSTES. REDDIDISTI PACEM. DEVS TE PERPETVET. PER TE SALVA PANNONIA. SALVA GERMANIA. GRATIAS TIBI AGIMVS OMNES OMNES.

Qvibus plauſibus, acclamationibus ac votis, priſco more conceptis, finio, & ad auguſti ſolii Tui gradus me humillime ſubjectiſſimeqve proſterno.



Habi-

Habita Oratione, concentu modulatiſſimo decantabatur ſeqvens

ODE
TROCHAICO-RHYTHMICA.

1.

L*Vna, luge luctuoſi*
prælium certaminis:
Sol, Tropæa *Glorioſi*
fige, pinge CAESARIS!
Dignus albis Ille bigis,
fulgidis Jovis qvadrigis,
mille dignus laureis
& columnis aureis.

2.

Qvam ſeverus barbarorum
Victor Hic eſt hoſtium,
tam benignus lætiorum
Imperator Teutonum.
His redonat Ille Pacem
omnibus bonis feracem,
ut vigeſcant undiqve
cultiores literæ.

3. *Sol-*

3.

Solve mentis dona gratæ,
o Lyceum Noricum,
hacce pro benignitate!
Claude voto canticum:
Vive Privilegiorum,
artiumqve doctiorum,
AVCTOR *Augustissime;*
vive felicissime!



Emendanda.

Pag. 17. *lin.* 3. *lege:* Decanum repræsentavit & Brabevta fuit. *pag.* 46. *lin.* 24. Unserer. *p.* 82. *lin. ult.* ihre. *p.* 88. *l.* 22. daß Er Ihro. *p.* 114. *l.* 1. Unüberwindlichster. *p.* 116. *lin. antepenult.* geringster Knecht. *p.* 182. *l.* 20. 21. celeritatem. *p.* 190. *l.* 13. dissidiis, Pax &c.

MAN-



MANTISSA METRICA,
sive
CARMEN EVCHARISTICO-GRATVLATORIVM
JOACHIMI NEGELINI, Philos. M. & P. L. C.



Lma Palæcome, *fama super æthera clarens,*
qvod succrevit adhuc felix, habuitq; docentes,
qveis meliore luto finxit præcordia Titan;
qvod sua Castalias non deserit unda sorores,
qvod Themis & qvod Hygæa vigent, Sophieq; nitescit,
Eusebieq; tenet culmen, summoq; refulget
vertice, & informes prorsus cessere tenebræ;
JOVAE *ter sancto*, LEOPOLDO, & PATRIBVS *urbis*
NORIDOS *excelsis, acceptum hoc omne ferendum est.*
Ergo, qvæ Tibi fundamus libamina grata
mentis, quæ Tibi pandemus præconia laudum,
Summe parens rerum, celsi moderator Olympi!
Tu placidam nostris studiis ac artibus auram
adspiras, animis cœlestia semina donans.

Te duce flos nostri cœpit prodire Lycei,
Teq; datore suum nunc est qvoq; culmen adeptum.
O qvis tam genio felici prodeat unqvam,
ut Tua facta, Pater! cantando laudibus æqvet
singula, qvæ nec lingva potis fando enumerare?
Hoc precor, his saltim, mundi Sator! annue votis:
Qvæ nobis pleno donasti commoda cornu,
hæc servare velis eadem & diuturna jubere.
Protege perpetuo Musarum hoc nobile templum,
Bella procul nostris fac ut pellantur ab oris;
duret amœna qvies, duret pax optima rerum;
inter laurigeras lucescat tuta secures
dulcis & æterno Concordia fœdere regnet!
Aurea sic cœlo labentur secula, doctæ
florebunt artes, grata felicibus aura
ingeniis pandetur iter, qvod scandere prosit;
Castalii solito manabunt largius amnes,
& plus Pierii saltus sylvæq; virebunt,
blandaq; tranqvillo florebunt otia mundo.
Tunc Tua laus totum terrarum fusa per orbem,
implebit late populos, semperq; canetur.
Post NVMEN *mea Musa canit Te, maxime*
CAESAR,
Teutonicæ Caput, Heroum celsissime, Divis
edite, nullus ab Augusti qvo tempore major

sce-

ſceptra habuit, ventura parem cui ſecula nullum
ſera dabunt, in qvo clemens ſpectatur imago
Numinis ætherii, qvi majeſtate verenda
ora Dei veneranda refers, nova gloria mundi!
O qvæ me niveis raptum ſuper æthera bigis,
mons ubi verticibus petit arduus aſtra duobus,
penna ferat, qvo Te digne celebrare liceret!
Qvæ ſparſim natura patrum diviſerat ævo,
Te collecta juvant, in Te cumulata feruntur!
Otia Tu nobis iſthæc feſtiva paraſti,
munificus noſtris Muſis ea dona dediſti,
auſpicioq; Tuo decori decus additum & auctum.
Sic, qvæ cura Tuis ingens Majoribus olim
Cæſaribus fuerat Divis, hanc Tu qvoq; dignam
fingis amore Tuo, qvem tot benefacta revelant.
Muneribus plaudit tantis Academia noſtra,
exſultat, lætasq; manus ad ſidera jactat,
vix ſortem capit ipſa ſuam, proſtrataq; ſacros
ante Tuos, AVGVSTE, *pedes, Numen venera-*
tur,
in Tua vota preces imo de pectore promens:
Semper honos Nomenq; tuum laudesq; manebunt;
poſteritas ventura ſuis annalibus unum
Te leget, æternas feret hæc clementia laurus!
Pierides noſtræ ſtudiis ardentibus optant:

Vincat iö, regnetq; diu, vivat LEOPOLDVS!
Vive diu, Regum fortunatissime, vive
incolumis, mundi votis, longumq; superstes;
donec laude satur, functusq; laboribus ævi
mortalis, sero cœlestia regna capessas.
Ille Tuus post Te, proles divina, JOSEPHVS,
delicium humani generis, mundiq; voluptas,
vivat & innumeros regnet feliciter annos!
His LEOPOLDE *Tibi votis sacrisq; solutis,*
progrediens mea Calliope nunc Vos veneratur,
magnæ urbis PROCERES, CVRATORESQVE LYCEI,
Musarum Phœbiq; decus, summiq; Patroni!
qvorum me virtus rapit inclyta, qvosq; Camœna
sublimi memorare animus molimine magno
tendit; at immensum pelagus mea cœpta retardat,
nec sunt apta meæ tam grandia vela carinæ.
Pierides pridem vitreis Heliconis ab undis
deduxistis in hæc habitacula splendida Musas,
semina virtutum qvo propagentur & artes:
incensos animos studiorum fervido amore
sustentatis adhuc permagnis sumtibus omnes.
Qvis tamen enumeret, quæ munera summa favoris
sint vestri, PATRIAE PATRES, *quæ cura fovendis*
Musarum assidue studiis, sacræq; Minervæ?
Non ea, potandos mihi si daret ore liquores

pleno

pleno Pierios Phœbus, percurrere possem
carmine rite meo; nam Vos licet usq; per altos
continuatus honor Proavos, semperq; renata
nobilitate virens exornet gloria gentis,
hacce tamen Vestras illustrat adorea laudes,
quod Phœbum colitis, quod Numina amœna Camœnas,
Atq; ego, Pieriæ ignarus regionis & artis,
Principibus vatum nunc hæc memoranda relinquo,
queîs faciles dictant blandissima carmina Musæ.
Fors erit, ut, nostris Numen si faverit ausis,
conatusq; Minerva meos Musæq; juvabunt,
atq; ubi divitiore fluent mihi carmina rivo,
laudes tunc celebrem Vestras, audentior ore
grandisono, majore tuba, gravioribus orsis.
Interea æternum laus Vestra & gloria vivet,
nullaq; venturis dispendia sentiet annis,
donec in occasum roseo volventur ab ortu
sidera, donec erunt latices Aganippidos undæ.
Vos colimus, Vestram, PROCERES, *super æthera longe*
quos jam jam late florenti gloria curru
provehit, imploramus opem, Vestrumq; favorem:
Eja favete sacris, faciles quibus usq; fuistis,
nec Vos pœniteat doctas juvisse Camœnas,
quas Vestri fovêre atavi, fovêre parentes,
dignas præcipue magnis Heroibus artes.

His

His ita perfunctus, rursus mea lumina flecto,
Teq; Palæcome, *tanto qua munere gaudes,*
respiciens, decoriq; novo nunc vota calentis
pectoris adjiciens, brevibus mea gaudia testor:
Fons Sophiæ, Themidosq; parens, pietatis origo,
semper alat recreetq; tuos, Academia, campos,
sacros doctrinæ latices studiosa juventus
ut porro excipere ac mentem perfundere possit!
Flumine quadruplici per prata virentia currant
Theôlogiæ Ganges, Astrææ Nilus, Hygeæ
Tigris, & Euphrates Sophiæ; dolus absit & angvis;
perpetui fructus, æternaq; gratia florum
perstet, & irriguo vireant tua gramine rura!
Sic novus in terris & amœnus eris Paradisus.

F I N I S.





Typographus Lectori.

G. & B. Lector ! Actûs Publicationis Privilegiorum Universitatis Altdorfinæ à S. Cæsarea Majestate indulgentissime amplificatorum Descriptioni proxime præcedenti superadditi gratiosissime Privilegii notitiâ ne careas, en Tibi subjicimus, ex speciali Illustris Senatus Reipublicæ Norimbergensis jussu, Diploma Majestaticum, vi cujus laudatæ *Universitatis Altdorfinæ Pro-Cancellarii* Comitiva S. Palatii Lateranensis &c. singularibus cum prærogativis mactati fuerunt.

DIPLOMA CAESAREVM.



LEOPOLDVS Divina favente Clementia, electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ, Dux Luxemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kypurgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Impe-

Sacra Cæsarea Majestas

Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum &c.

AGnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis: Fuit ab initio, dum Dei præpotentis concessu ac munere ad supremum Majestatis Imperialis fastigium evecti fuimus, is animi nostri sensus, eaqve ratio semper, ut instituendis æqve ac institutis in Sacro Romano Imperio Academiis & Vniversitatibus, ea beneficia & ornamenta benigne impertiremur & confirmaremus, qvæ ad eas conservandas & amplificandas qvocunqve modo pertinere possent.

Ad petita Noribergensia

Cumqve *Regimen Civitatis nostræ Imperialis Norimbergensis*, *per Consiliarium nostrum, dictæ Civitatis ad Curiam nostram Imperialem Ablegatum*, *HENRICVM CHRISTOPHORVM HOCHMAN, ab Hochenau*, humillime nobis exposuerit, desiderari in eo, qvod Anno proxime superiori Vniversitati Altdorfinæ clementer concessimus, confirmatorio seu extensorio Privilegio Nostro, Comitivam Lateranensis Palatii, Aulæqve nostræ Cæsareæ & Imperialis Consistorii, demisse nos rogando, quatenus & istud dictæ Vniversitati decus largiri & superaddere dignaremur.

Nos

Nos maturo desuper habito consilio & deliberatione, consideratis etiam insignibus meritis, singulari devotione, fide & observantia, qvam dicti Consules & Senatores Civitatis Norimbergensis erga Nos Sacrumq; Imperium illibatam hactenus conservarunt, & imposterum qvoqve intemeratam, uti certò confidimus, conservaturi sunt, ad declarandam singularem & benignam animi nostri, tum in eos, tum qvoqve in Vniversitatem Altorphinam, propensionem, precibus ejusmodi per sese honestis & æqvis clementer deferendum censuimus.

Ac proinde ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, deqve Cæsareæ Nostræ potestatis plenitudine, pro Nobis nostrisqve in Sacro Romano Imperio Successoribus, *Pro-Cancellario dictæ Vniversitatis Altorphinæ* (cujus officium hoc tempore, cum singulari laude sustinet Nobis & Sacro Romano Imperio fidelis dilectus, *CHRISTOPHORVS PELLER*, dictæ Civitatis Norimbergensis Consiliarius, per annos complures de Re publica, civili & literaria, optime meritus) Cancellarii munere in eadem, qvoqvo tempore functuro, *Comitivam Sacri Lateranensis Palatii, Aulæq; Nostræ Cæsareæ & Imperialis Consistorii, contulimus, dedimus, & elargiti sumus*, prout tenore præsen- tium

Pro-Cancellariis Vniversitatis Altdorfinæ

Comitivam Sacri Lateranensis Palatii &c. gratiosissime confert

tium clementer conferimus, damus & elargimur, *eumq; aliorum Comitum Palatinorum numero & consortio gratiose aggregamus & adscribimus.* Decernentes & hoc Imperiali statuentes Edicto, qvod ex hoc perpetuo deinceps tempore, donec & qvamdiu dicti Pro-Cancellarii muneri præfuerit, infra scriptis privilegiis, gratiis, juribus, immunitatibus, honoribus, exemptionibus, consuetudinibus, & libertatibus, uti frui & gaudere possit & valeat, prout iisdem cœteri Sacri Lateranensis Palatii Comites hactenus usi & potiti sunt, seu qvomodolibet utuntur fruuntur & potiuntur, consvetudine vel de jure.

potestatemq; largitur creandi Notarios.

Ac imprimis *ut possit & valeat* per totum Romanum Imperium & ubiqve locorum & terrarum, *Notarios publicos, seu Tabelliones & Judices ordinarios, creare ac facere*, & universis personis, qvæ fide dignæ, habiles & idoneæ fuerint (super qvo conscientiam ejusdem Pro-Cancellarii oneratam volumus) Notariatûs seu Tabellionatus & Judicatus ordinarii officium concedere & dare, ac eos & eorum qvemlibet per pennam & calamarium, prout moris est, de prædictis investire, dummodo tamen ab iisdem Notariis publicis, seu Tabellionibus & Judicibus ordinariis, per eum creandis, ac eorum qvolibet,

vice

vice ac nomine Noſtro & Sacri Imperii, & pro ipſo Romano Imperio debitum fidelitatis recipiat corporale & proprium juramentum, in hunc videlicet modum: *Qvod erunt Nobis & Sacro Romano Imperio, omnibusq; Succeſſoribus Noſtris, Romanorum Imperatoribus ac Regibus legitime intrantibus, fideles, nec unqvam intererunt conſilio, ubi noſtrum periculum tractetur, ſed bonum & ſalutem noſtram defendent fideliter & promovebunt, damnaq; noſtra pro ſua poſſibilitate vitabunt & avertent.*

Præterea Inſtrumenta omnia, tam publica qvam privata, ultimas Voluntates, Codicillos, Teſtamenta, qvæcunqve judiciorum acta ac omnia alia & ſingula, qvæ ipſis & cuilibet ipſorum, ex debito dictorum officiorum facienda occurrerint, vel ſcribenda, juſte, pure, fideliter, omni ſimulatione, machinatione, falſitate & dolo remotis, ſcribent, legent, facient, atqve dictabunt, non attendendo odium, pecuniam, munera, aut alias paſſiones & favores; ſcripturas vero, qvas debebunt in publicam formam redigere, in membranis mundis, non chartis abraſis aut papireis, fideliter, ſecundum locorum conſvetudinem, conſcribent, legent, facient atqve dictabunt;

Cauſas Hoſpitalium & miſerabilium perſonarum, nec non pontes & ſtratas publicas, pro viribus pro-

movebunt, ſententiasqve & dicta teſtium, donec publicata fuerint & approbata, ſub ſecreto fideliter retinebunt, ac omnia alia & ſingula recte, juſte & pure facient, qvæ ad dicta officia qvomodolibet pertinebunt, conſvetudine vel de jure.

Qvodqve hujusmodi Notarii publici, ſeu Tabelliones & Judices ordinarii, *per eum creandi, poſſint & valeant per totum Romanum Imperium & ubilibet locorum ac terrarum facere*, ſcribere & publicare, Contractus, Judiciorum Acta, Inſtrumenta, & ultimas voluntates, decreta qvoqve & authoritates interponere in qvibuscunq; contractibus tale qvidpiam reqvirentibus, ac omnia alia facere, publicare & exercere, qvæ ad officium publici Notarii pertinere & ſpectare noſcuntur.

Decernentes ut omnibus Inſtrumentis & ſcripturis per hujusmodi Tabelliones, Notarios publicos, ſive Judices ordinarios faciendis, plena fides ubiqve adhibeatur, in Judicio & extra, conſtitutionibus, decretis, ſtatutis & aliis in contrarium facientibus non obſtantibus qvibuscunqve.

conferendi inſignia

Ad hæc prænominato Pro-Cancellario liberam facultatem & poteſtatem damus, ut poſſit & valeat *honeſtis perſonis*, illud ab ipſo petentibus, *Inſignia ſeu arma cum galeis clauſis concedere & elargiri*, ido-

idonea & convenientia qvalitati personæ, (qvod ex ipsius arbitrio dependere volumus) eosdemqve Insignium & Armorum capaces reddere; dummodo tamen in hujusmodi armorum & Insignium concessione observet, ne alicui integram Aqvilam, maxime Imperialem, aut Coronam Regiam in Galea, aut Galeam apertam, torneariam, aut avita qvorumvis Principum, Comitum, Baronum, & Procerum arma seu Insignia præcise elargiatur.

Qvi qvidem per dictum Pro-Cancellarium sic armis decorati, hujusmodi arma & Insignia ipsis concessa, ubiqve locorum & terrarum, in omnibus & singulis honestis Actibus & expeditionibus, in bellis, duellis, singularibus certaminibus, & qvibuscunqve pugnis, vexillis, tentoriis, annulis, signetis, sigillis, monumentis, sepulchris, picturis, sculpturis, & universa supellectile, pro eorum arbitrio, deferre & gestare, omnibusqve & singulis privilegiis, juribus, honoribus, dignitatibus, officiis, gratiis & indultis uti frui, potiri & gaudere possint & valeant, qvibus cœteri a Nobis & Prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus ac Regibus, ejusmodi armis & Insignibus decorati utuntur fruuntur, potiuntur & gaudent, & ad ea admitti & recipi, ad qvæ illi admittuntur & recipiuntur, consvetudine vel de jure.

Simi-

faciendi Poëtas laureatos.

Similiter eadem authoritate Nostra Imperiali prænominato Pro-Cancellario indulgemus, ut possit & valeat *personas idoneas & in Poëtica facultate excellentes* per laureæ impositionem & annuli traditionem *Poëtas Laureatos facere*, creare, & insignire, qvi qvidem Poëtæ Laureati per eundem sic creati & insigniti possint & valeant in omnibus Civitatibus, Communitatibus, Vniversitatibus, Collegiis, & Studiis, qvorumcunqve locorum & terrarum Sacri Romani Imperii, & ubiqve libere absqve omni impedimento & contradictione, in præfatæ artis Poëticæ scientia legere, repetere, scribere, disputare, interpretari, & commentari, ac cœteros Poëticos actus facere & exercere, qvos scilicet cœteri Poëtæ & Laurea Poëtica insigniti facere et exercere consveverunt, nec non omnibus et singulis ornamentis, insignibus, privilegiis, prærogativis, exemptionibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, præeminentiis, favoribus, & indultis, uti frui, potiri, & gaudere, qvibus cœteri Poëtæ Laureati ubivis locorum et Gymnasiorum promoti gaudent, fruuntur et utuntur, consvetudine vel de jure.

legitimandi spurios.

Insuper sæpe dicto Pro-Cancellario concedimus et elargimur plenam facultatem, qvod possit et valeat, *naturales, bastardos, spurios, manseres, nothos, incestuo-*

inceſtuoſos, copulativè vel disjunctivè, & qvoscunq; alios, etiamſi infantes fuerint, præſentes vel abſentes, ex illicito & damnato coitu procreatos vel procreandos, maſculos & fœminas, qvocunq; nomine cenſeantur, exiſtentibus aliisq; filiis legitimis, iis etiam aliter non reqviſitis, viventibus vel etiam mortuis eorum parentibus (Illuſtrium tamen Principum, Comitum, & Baronum filiis duntaxat exceptis) *legitimare*, & eos ac eorum qvemlibet ad omnia & ſingula jura legitima reſtituere, omnemqve geniture maculam penitus abolere, ipſos reſtituendo & habilitando ad omnia & ſingula jura ſucceſſionum & hæreditatum bonorum paternorum & maternorum, etiam ab inteſtato cognatorum & agnatorum, ac ad honores, dignitates & ſingulos actus legitimos, tam ex contractu vel ultima voluntate, qvàm alio qvocunqve modo, tam in judicio, qvàm extra, perinde ac ſi de legitimo matrimonio eſſent procreati, objectione prolis illegitimæ penitus qvieſcente. Qvodqve illorum legitimatio per ipſum ut ſuprà facta, pro juſte & legitime facta maxime habeatur & teneatur, non ſecus ac ſi foret cum omnibus juris ſolennitatibus, qvarum defectus ſpecialiter authoritate Imperiali ſuppleri volumus & intendimus, dummodo tamen legitimationes hujusmodi non præjudicent filiis

 & here-

& heredibus legitimis & naturalibus; qvin ipſi legitimandi, poſtqvam ſic legitimati fuerint, ſint, & eſſe cenſeantur ac nominentur & nominari poſſint & debeant, ubiqve locorum tanqvam legitimi ac legitime nati de domo, familia & Caſſata parentum ſuorum, ac arma & inſignia eorum portare, ferreq; poſſint ac valeant, qvin imo efficiantur nobiles, ſi parentes eorum nobiles fuerint, non obſtantibus aliqvibus legibus, qvibus cavetur, qvod naturales, baſtardi, ſpurii, manſeres, nothi, inceſtuoſi, copulative vel disjunctive, vel alii qvicunq; ex illicito & damnato coitu procreati vel procreandi, nec poſſint nec debeant legitimari, liberis naturalibus legitimis exiſtentibus, vel ſine voluntate & conſenſu filiorum naturalium & legitimorum aut agnatorum aut feudi Dominorum, & ſpecialiter in authentica, *qvibus mod. nat. effic. leg. §. qvibus mod. nat. effic. ſui* per totum & §. *naturales, ſi de feudo fuerit contentio inter Dom. & agnat.* & *l. jubemus, C. de emancip. liber. & aliis ſimilibus*, qvibus legibus & cuilibet ipſorum volumus expreſſè ſcienterq; derogari: neqve etiam obſtantibus in prædictis aliqvibus contrahentium diſpoſitionibus, & defunctorum ultimis voluntatibus aliisqve legibus, locorumq; ſtatutis, & conſvetudinibus, etiamſi tales eſſent, qvæ exprimi deberent, aut de qvibus
hic

hic mentio ſpecialiter facienda eſſet, qvibus obſtantibus & obſtare volentibus in hoc caſu duntaxat ex certa ſcientia & de plenitudine Cæſareæ Noſtræ poteſtatis, totaliter derogamus & derogatum eſſe volumus.

Ad hæc præfato Pro-Cancellario, ſive Cancellariatûs munere functuro, damus & concedimus, ut poſſit & valeat *Tutores & Curatores conſtituere, ipſosq; cauſis legitimis ſubſiſtentibus amovere; Infames, tam juris qvàm facti, ad famam reſtituere, & omnem ab eis infamiæ notam abſtergere*, tam irrogatam, qvàm irrogandam, ita ut de cœtero ad omnes & ſingulos actus apti & idonei habeantur & promoveri poſſint, nec non *filios adoptare & arrogare*, & eos adoptivos & arrogatos facere, conſtituere & ordinare; Inſuper *filios legitimos & legitimandos, adoptivosq; emancipare*, & adoptionibus & emancipationibus qvibuscunqve omnium & ſingulorum, etiam infantium et adoleſcentium conſentire, & *veniam ætatis ſupplicantibus concedere*, authoritatemqve & decretum interponere, *ſervos etiam manumittere*, manumiſſionibus qvibuscunqve, cum vel ſine vindicta, & *minorum alienationibus, ac alimentorum transactionibus, authoritatem pariter & decretum interponere, minores qvoq;, Eccleſias, & Communi-*

conſtituendi Tutores & Curatores, reſtituendi famæ, adoptandi filios, emancipandi tales, concedendi veniam ætatis, manumittendi ſervos, interponendi Decreta,

restituendi in integrum. *munitates læsas alterâ parte ad id prius vocatâ, in integrum restituere*, ac integram restitutionem ei vel alteri eorum concedere, juris tamen ordine semper servato.

Addita speciali Gratia qvoad Noribergenses &c. *Deniq; illud qvoq; ex certa scientia, certisq; causis animum Nostrum Cæsareum commoventibus huic Comitivæ addimus, ut illi, qvi ex numero civium, incolarum & subditorum Norimbergensium in posterum dignitate Notariatûs insigniri, item natalibus aut famæ restitui, aut aliud qvoddam beneficium, in qvo propter interveniens præjudicium Tertii causæ cognitio reqviritur, obtinere cupiunt, hujusmodi Diplomata à solo Pro-Cancellario Universitatis Altdorphinæ impetrare possint ac debeant, ita ut ab aliis Comitibus Palatinis in modò dictis casibus obtenta Diplomata, qvoad reliqvas Sacri Romani Imperii Provincias, vigorem authoritatemq; suam per omnia qvidem retinere; qvoad Civitatem Noribergensem autem ejusq; territorium, invalida plane & absq; omni juris effectu haberi censeriq; debeant, non obstantibus aliqvibus privilegiis, indultis, prærogativis, gratiis, exemptionibus, aut aliis qvibuscunq; in contrarium facientibus, qvibus omnibus & singulis, ex certa nostra scientia, & animo deliberato, derogamus, & derogatum esse volumus, nostris tamen,*

men, Sacriq; Romani Imperii juribus ſemper, & per omnia ſalvis & illæſis.

Qvapropter mandamus ac præcipimus univerſis & ſingulis Electoribus ac Principibus, tam Eccleſiaſticis qvam Sæcularibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Vicedominis, Locum tenentibus, Gubernatoribus, Præſidentibus, Præfectis, Caſtellanis, Rectoribus, Magiſtratibus, Antianis, Vexilliferis, Poteſtatibus, Civium magiſtris, Conſulibus, ac omnibus deniqve noſtris et Sacri Romani Imperii ſubditis ac fidelibus dilectis, cujuscunqve Status, gradus, ordinis, conditionis, aut præeminentiæ extiterint, ut prædictam Vniverſitatem Altdorphinam, ſeu ejusdem Pro-Cancellarium, ſupra ſcripto Comitivæ Sacri Lateranenſis Palatii, Aulæqve noſtræ Cæſareæ et Imperialis Conſiſtorii, privilegio, omnibusqve gratiis et favoribus, in hoc noſtro Diplomate eidem conceſſis, libere, qviete et absqve ullo impedimento uti frui, potiri, et gaudere ſinant, adeoqve in omnibus ac ſingulis defendant, conſervent, ac manuteneant, et alios, ne qvid in contrarium attentent, vel moliantur, pro viribus impediant et prohibeant, in qvantum indignationem noſtram

 & Sa-

& Sacri Imperii gravissimam, et *mulctam qvinqvaginta marcarum auri puri*, pro dimidio fisco seu ærario Nostro Imperiali, et reliqva parte injuriam passo, toties qvoties contra hanc Nostræ Concessionis, liberalitatis et gratiæ paginam factum fuerit, irremissibiliter pendendam incurrere noluerint.

Præterea verò tenore præsentium seriò mandamus omnibus & singulis sæpe dictæ Nostræ & Sacri Romani Imperii liberæ Civitatis Norimbergensis Civibus, Incolis, & Subditis, ut, si qvi ex illis, in modò dictis casibus, beneficium aliqvod impetrare, illoq; in Civitate & Territorio Norimbergensi valide & cum effectu uti cupiunt, Diplomata ad hoc necessaria à nullo alio Comite Palatino, qvàm à Pro-Cancellario Universitatis Altdorffinæ, impetrare & obtinere debeant.

Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum; Qvæ dabantur in Civitate nostra *Viennæ, die vigesima tertia mensis Decembris, Anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo*, Regnorum nostrorum Romani qvadragesimo,

ſimo , Hungarici qvadrageſimo tertio , Bohemici verò qvadrageſimo ſecundo.

LEOPOLDVS.

Vt. *Sebaſtianus Wunibaldus, Comes à Zeyhl.*

Ad mandatum SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS proprium

Lutzo Dolberg. mpria.

